





68538

1



R  
S

A

Ex  
cou  
Ra  
L

*titul* n  
**RITVALE  
SACRAMEN-  
TORVM**

*AC*  
**Aliarum Ecclesiæ Cæ-  
remoniarum**

*159*  
Ex Decreto Synodi Prouinc: Petri-  
couieñ. ad uniformem Ecclesiarum  
Regni Polon: & M. Ducatus  
Lith: usum recens & in breue  
opusculum editum.



*Adam Ron.*

Cum scitu & permisso Officii

---

**VILNÆ**  
Typis Academiæ Soc: IESV

*Anno M. DC. XXXIII*

*Eduardus Chodatius de Vilna*

68538

I



# ADMONITIO BREVIS

## QVÆ IN SACRAMENTORVM ADMINISTRATIONE GENERALI.

TER SERVANDA SVNT.

**V**Tea quæ de Sacramentorum Ritibus ac cœremoniis hic præscribuntur, quæ par est diligentia ac religione custodi-antur, & vbique fideliter seruentur, illud sci-re conuenit, quod Sacrosancta Tridentina Synodus decreuit, dicens. Si quis dixerit, acceptos & probatos Ecclesiæ Catholicæ ritus, in solemni sacramentorum admini-stratione adhiberi consuetos, aut contem-ni, aut sine peccato à ministris pro libito omitti, aut in nouos alios, per quemcunque Ecclesiarum Pastorem mutari posse, ana-thema sit. Quare quilibet ad quem admi-nistratio Sacramentorū pertinet, meminisse in primis debet, se sancta tractare: atque omni ferè temporis momento ad tam sanctæ administrationis officium paratum esse oportere.

Quamobrem illud perpetuo curabit ut integre, castè, pieque vitam agat. Quod si fuerit peccati mortalis sibi concius, ad sacramentorum administrationem non au-deat accedere, nisi prius corde pæ-

niteat: & si habeat copiam Confessarij, & temporis loci ratione ferat, conuenit consteri.

Quacunq; diei ac noctis horâ ad sacramenta ministranda vocabitur, nullam officio suo præstanto, moram interponat, præsertim si necessitas urget. Ac propterea populum saepe præmonebit, ut tempestive sibi significetur, de necessitate alicuius sacramenti administrandi.

Ipsæ vero antequâ administrationem inchoet, paululum orationi, & sacræ rei quâ acturus est meditationi vacabit.

In omni Sacmentorū administratione superpelliceo sit indutus, & desuper stola, nisi in sacramento Pænitentiaz administrando, occasio, aut consuetudo, vel locus alter interdum suadeat.

Curabit, ut sacra suppellex; vestes, ornamenti, & vasa integra, mundaq; sint. In sacramentorum administratione, eorum virtutem, usum, utilitatem, diligenter explicabit ubi commode fieri poterit, ijs qui ignorabunt,

Adhibebit quoq; saltim unum, decenti habitu & superpelliceo indutum, dum sacramentum administrat. Singula verba, quæ ad illius formam pertinent, attente,

&  
fi-  
ra-  
of-  
t,  
ea  
ue  
la-  
in-  
quā  
no  
la.  
rā-  
ali-  
na-  
la-  
vir-  
oli-  
qui-  
en-  
um-  
ver-  
en-  
te,  
te, distincte & pie atq; clara voce pronun-  
cabit similiter & alias orationes, de loco  
dicet, & quidem ex libro,

Intentus sit ei rei quam tractat, nec  
quidquam cum alio colloquatur, acuare at-  
tentionem habere studeat, cum intentio-  
ne faciendi, quod in ea facit Ecclesia.

Illud porro diligenter caueat, ne in sa-  
cramentorū administratione aliquid, qua-  
uis de causa, vel occasione, directe vel in-  
directe exigat, aut petat: sed ea gratis mi-  
nistret. Si quid vero nomine eleemosynæ,  
aut deuotionis studio, peracto iam sacra-  
mento, sponte a fidelibus offeratur, id lici-  
te pro consuetudine locorum, accipere po-  
terit, nisi aliter Episcopo videatur.

Fidelibus alienæ Parochiæ sacramenta  
non administrabit, nisi in necessitate, &  
ex licentia Parochi vel Ordinarij.

Omnes autem qui sacramenta suscipi-  
unt, monebit, ut pie ac devote Sacrementis  
incersint, & quā par est reverentia suscipiat.

## DE SACRAMENTO BAPTISMI RITE ADMINISTRANDO.

**S**acrum Baptisma, Christianæ religionis  
& aternæ vitæ ianuam, cuncus ad salu-  
tem necessarium esse, ipsa veritas testa-

tur illis verbis. Nisi quis renatus fuerit ex-aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei, itaq; summa diligentia ad-hibenda est, ad illud oportune riteq; ad-ministrandum & suscipiendum.

Oportunē Parochus hortetur, vt natos infantes baptisandos, quā primum fieri pos-terit ad Ecclesiam deferant ij, ad quos ea cura pertinet,

Parochus exquirat diligenter, quem vel quos Patrinos elegerint, qui infantem de sa-cro fonte suscipiant, & non plures quā du-o vir & mulier, vel vnuis admittatur ad-summum, eosq; in aetate pubertatis, ac sacra-men-to Confirmationis consignatos esse ma-xime conuenit, Ad hoc munus non sunt admittendi infideles, haeretici, excom-municati publice, aut interdicti, publice criminosi, aut infames, insani, & qui ignorant iudimenta fidei. neq; Religiosi vel Moniales.

Ac licet urgente necessitate, vbiq; Bapti-sare nihil impediatur, tamen proprius locus est Ecclesia, nisi sint Regum aut Magno-rum Principum filij.

Baptisterium sit decenti loco, decenter ornatum, & cancellis circumseptum, sera & clave munitum, in eog; si commode fie-

ri po-

ri potest, depingatur imago S. IOANNIS  
CHRISTI V M Baptisantis.

Sacrum Chrisma & sanctum oleum, eo-  
de anno sint ab Episcopo benedicta, vete-  
ribus in Ecclesia combustis.

Hæc vascula, vbi hæc seruantur, in loco  
proprio, honesto, ac mundo, sub clave af-  
seruentur decenter, & curet, ne per laicos  
hæc olea deferantur, & ne quid ex ijs ef-  
fundatur. Sal sit benedictum peculiari be-  
nedictione, quod in os baptisandi immi-  
tendum est, & nemini tradatur.

Vasculum seu coehlear ex argento, vel  
metallo alio nitidum sit, ad aquam Bapti-  
smi fundendā supra caput baptisandi, quod  
nulli alii usui deseruiat.

Stolæ duæ, una violacea & altera alba,  
ut infra notatur, munda, seu minus una  
adhibeatur.

Medulla panis, qua digitii sacerdotis,  
cum manus lauat abstergantur, & vas pro  
manuum lotione post Baptismum, quod  
huic tantum usui deseruire decet.

Hic deniq; liber sit Baptismalis, in quo  
Baptisati describuntur.

Omnibus igitur præparatis Sacerdos ad  
tanti Sacramenti administrationem, loti  
manibus, superpelliceo, & stola viola-

**B E N E D I C T I O .**

indutus accedat, ad limen Ecclesiæ, vbi foris expectant, qui infantem detulerunt, & ibi interroget ( nisi de his bene sibi constet ) an sit suæ Parochiæ, masculus an fæmina, an non iam sit baptisatus, qui sint compatres, quos, vt pie ac decenter assstant, & pro baptisando ad interrogations respondeant, admoneat,

Et quoniam baptisandis tanquā filiis Dei in Christo regenerandis, nomen imponitur, curet, vt sanctorū nomina iis imponantur, quorum exemplis fideles, ad pie vivendum excitentur, & patrociniis protegantur.

His igitur expeditis, & accepto nomine baptisandi, positi, si infans fuerit, super brachium dexterum illius, qui eum defert, Parochus ad Baptismum procedat, in hunc modum nominatum interrogans.

**B E N E D I C T I O S A L I S  
A D V S V M B A P T I S M I ,**  
Qui semel Benedictus in posterum ad eundem usum deseruire potest.

Xorcizo te creatura salis, in nomine  
Dei Patris Omnipotentis  & in chari-

charitate Domini nostri IESV Christi & in virtute Spiritus Sancti Exorcizo te per Deum viuum. **X** per Deum verum, **X** per Deum Sanctū **X**, per Deum **X** quite ad tutelam humani generis procreauit, & populo venienti ad credulitatem, per seruos suos conseruari præcepit, in nomine S. Trinitatis efficiaris salutare Sacramentum ad effugandum inimicum. Proinde rogamus te Dñe Deus noster, vt hanc creaturā Salis, sanctificādo sanctifices **X** & benedicendo benedicas **X** vt fiat omnibus accipientibus, perfecta medicina, permanens in visceribus eorum, in nomine eiusdem Domini nostri Iesu Christi, qui venatus est iudicare viuos & mortuos, & saeculum per ignem. **Az.** Amen.

Benedictio aquæ pro Baptismo infra  
labetur fol: 9 r.

## ORDO BAPTISMI PARVULO- RVM.

Sacerdos interrogat.

Quid petis ab Ecclesia Dei.

N.

A5

Polo-

Polonicē.

Czego żadāś od Kościola Bożego?

*Lithuanicē*

Ko gieidy nuog Bázničios Diewo?

*Germanicē*

Was begehrestu von der H. Kirchē?

*Respondet Patrius*

Fidem.

Polonicē Wiary /

Lithuan. Tikimo.

German: Glauben.

*Sacerdos*

Fides quid tibi præstat?

Polonicē Wiara coć dawa.

Lithuan: Tikieimas kū tau duost.

German: Was gibt dir der Glaub.

*Respondet Patrius*

Vitam æternam.

Polonicē

## BAPTIZANDI

II

Polonicē. Żywot wieczny.

Lithuan. Giwianinu amzinu.

German. Das ewige leben.

Sacerdos.

**S**I vis in vitam ingredi serua mandata:  
Diliges Dominum Deum tuum, ex toto  
corde tuo, & ex tota anima tua, & ex  
tota mente tua, & proximum tuum sicut te  
ipsum.

Polonicē.

**E**sli chcesz do życia otwnieć /  
chowaj przykazania: Wedżiesz mi-  
łował Pana Bogą twego / że wßyst-  
kiego serca twego / y že wßystkiey  
duše twoiey / y že wßystkiey myśli  
twoiey / a blizniego swego / iako  
siebie samego.

Lithuanicē.

**E**ynori giwianiman ineit / läikit  
prysakamus. Milesi Wiespati  
Diewu

Diewu tawu/ iż wysos sirdes ta-  
wo/ iż wysos dusios tawo/ ir iż wi-  
sos dumos tawo/ e artimu tawo/  
Kaip pats sawi.

**Germanicē.**

**W**ilstu in das leben eingehen so  
halt die gebott: Du solst Gott  
lieben von gantzen deinem hertzen /  
von gantzer deiner seelen/ von gan-  
zen deinem gemütt; vnd deinen  
nächsten als dich selbst.

**Deinde ter exsufflet leniter in faciem  
infantis, & dicat semel.**

**E**xi ab eo, vel ab ea, immunde spiritus,  
& da locum Spiritui sancto paraclito.

**P**osteā pollice faciat Signū Crucis in fron-  
te & in pectore infantis, dicens.

**A**ccipe signum Crucis tam in fronte **X**  
quam in corde **X** sume fidem cælestium  
præceptorum, & talis esto moribus, vt tem-  
plum Dei iam esse possis.

**O R E.**

## OREMVS.

**P**reces nostras, quæsumus Domine, clementer exaudi: & hunc electum tuum N. Crucis Dominicæ impressione signatum, perpetua virtute custodi, ut magnitudinis gloriæ tuæ rudimenta seruans, per custodiam mandatorum tuorum ad regenerationis gloriam peruenire mereatur. Per Christum Dominum nostrum. Rx. Amē.

Deinde imponat manum super caput <sup>egentem</sup>

infantis, ac dicat. <sup>oratio ad 25</sup>

OREMVS. <sup>in supplicatione</sup> <sup>Baptismi</sup>

**O**nipotens sempiterne Deus Pater Domini nostri Iesu Christi, respicere dignare super hunc famulum tuum N. quem ad rudimenta fidei vocare dignatus es: omnem cæcitatem cordis ab eo expelle: disrumpere omnes laqueos satanæ, quibus fuerat colligatus: aperi ei Domine ianuam pietatis tuæ, vt signo sapientiæ tuæ, imbutus omnium cupiditatum fœtoribus careat, & ad suauem odorem præceptorum tuorum lætus tibi in Ecclesia tua deseruiat, & proficiat, de die in diem. Per eundem Christum Dominum nostrum Rx.

A M E N.

Deinde

**D**einde immittat modicum salis Bene-  
dicti in os infantis, dicens.

**N.** Accipe salem sapientiae: propitiatio  
sit tibi in vitam æternam. **A.** Amen.  
Sacerdos. Pak tecū. **A.** Et cū Spiritu tuo.

**O R E M V S.**

**D**eus Patrum nostrorum, Deus uniuersæ  
Conditor veritatis, te supplices ex-  
oramus ut hunc famulum tuum **N.** re-  
spicere digneris propitius & hoc primum  
pabulum salis gustantem, non diutius eluri-  
re permittas, quo minus cibo explatur cæ-  
lesti, quatenus sit semper spiritu feruens,  
Ipe gaudens, tuo semper nomini seruiens.  
Perduc eum Domine, quæsumus, ad nouæ  
regenerationis lauacrum. ut cum fidelibus  
tuis promissionum tuarum, æterna præmia  
consequi mereatur. per Christum Dominum  
nóstrum **A.** Amen.

Exorcizo te immunde spiritus in nomine  
Patris **X** & filij **X** & spiritus sancti  
**X** Ut ex eas, & recedas ab hoc famulo  
Dei **N** Ipse enim tibi imperat, maledicte  
damnate, qui pedibus super mare ambula-  
uit, & Petro mergenti dexteram porrexit.  
Ergo maledicte diabole, recognosce ten-  
tentis

## BAPTIZANDI 15

tentiam tuam, & da honorem Deo viuo &c  
vero, da honorem Iesu Christo Filio eius,  
& Spiritui sancto, & recede ab hoc famulo  
Dei. **N.** quia istum sibi Deus & Dominus  
noster Iesus Christus ad suam sanctam gra-  
tiam, & benedictionem, fontemque Ba-  
ptismatis vocare dignatus est.

Hic pollice in fronte signat infantem  
dicens.

Et hoc signum sanctæ Crucis  quod  
nos fronti eius damus, tu maledicte diabo-  
le numquam audeas violare. Pereundem  
Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

Mox imponat manum super caput  
infantis, & dicat.

O R E M V S.

**A**ternam ac iustissimam pietatem tu-  
am deprecor, Domine sancte, Pater  
omnipotens, æterne Deus, auctor lu-  
minis & veritatis, super hunc famulum tu-  
um **N.** vt digneris illuminare lumine in-  
telligentiaz tuaz: munda eum, & sanctifica:  
da ei scientiam veram, vt dignus gratia Ba-  
ptismi tui effectus, teneat firmam spem,  
consilium rectum, doctrinam sanctam. Per  
Chri-

Christum Dominum nostrum. Rx. Amen.

Tosťea Sacerdos imponit extremam partem stolæ super infantem, & introducit cum in Ecclesiam dicens.

N. Ingredere in templum Dei, & habeas partem cum Christo in vitam æternam.

Rx. Amen.

Cum fuerint Ecclesiam ingressi, Sacerdos procedens ad Fontem cum Susceptoribus coniunctim clara voce dicit.

Credo in Deum, integrum. & Pater noster.

Ac deinde, antequam accedat ad Baptisterium dicat.

### EX ORCIS M V S

**E**xorcizo te omnis spiritus immunde,  
In nomine Dei Patris omnipotentis  
 & in nomine IESV Christi filii  
eius, Domini & Iudicis nostri  & in  
virtute Spiritus sancti  vt discedas ab  
hoc plasmate Dei N. quod Dominus no-  
ster ad templum sanctum suum vocare di-  
gnatus est, vt fiat templum Dei viui, & Spi-  
ritus sanctus habitet in eo, Per eundem  
Christum Dominum nostrum, qui ventu-  
rus est iudicare viuos & mortuos, & sæculū  
per ignē. Rx. Amen.

Poste

## BAPTIZANDI

Postea sacerdos digito aecipiat de saliu*s* oris sui,  
tangat aures & nires infantis: tangendo vero ad  
dexcrum. & sinistram dicat.

Ephpheth*hi*, quod est Adiperire.  
deinde tangat nares, dicens.

In odorem suavitatis. Tu autem effugare  
bole, appropinq*ua*bit enim iudicium Dei  
postea interrogat baptizandum nominutum dicen-

N. Abrenuntias Satan*æ*      {  
**Odrzeku*ß* sie du-**      {  
ch*a* zlego?

Atsizadi wialino?      {  
Wiedersagestu  
den Teuffel?      {  
Ich wi-  
der sag

Sacerdos rursus interrogat.

Et omnibus operibus eius?      {  
**I wßytlich spraw**      {  
iego?

Ich wissu darbu io:  
Vnd allen seinen  
wercten?      {  
Ich wie-  
sage.

S A C E R D O S.

Et omnibus pompis eius;      {  
B      {  
Abrenun-

I wß

RITV3.

Zelkiew pychy      }      Vdrzekám.  
iegoz                  }  
issos puyki          } Respondent patrini  
es ioz                }  
O aller seiner       } Ich wieder,  
offart                } sage.  
                        }

sacerdos intingit pollicem in Oleo Catechumeno-  
in sanctem vngit in pectore, & inter scapulas in  
Crucis dicens.

te linio Oleo salutis in Christo  
Domino nostro, ut habeas vitam æ-  
m. Amen.

de pollicem & inuncta loca abstergit bombatio  
etie simili, & interrogat expresso nomine  
baptizandum, Patrino respondente:

Credis in Deum Patrem omnipotentē,  
patrem cæli & terræ. Credo.

czyż w Boga Oycá wzechmo-  
go/stworzycia nieba y ziemię:  
wierzę.

Eti ing Diemu tewu wisaga-  
linci/

## BAPTIZANDI

19

lanti / daritoi dungaus ir žiames.

**Resp:** Takiu.

Glaubstu an Gott den Vatter  
Allmächtigen / Schöpfser Hims-  
mels vnd der Eden. **Resp:** Ich  
glaub.

## SACERDOS

Credis in IESVM Christum Filium eius  
vnicum Dominum nostrum, natum & pas-  
sum? **Re.** Credo.

Wierzył w Jezusá Chrystusá sy-  
ná iego iedynego / Páná nášego /  
narodzonego / y rmeczonegż? **Resp:**  
Wierze.

Taki u Jezu Christu sunu io wienas-  
tii / Wießpati musu / gimus / ir nu-  
muczytu. **Resp:** Ty kiu

Glaubstu an Jesum Christum  
seinen einigen Sohn/ vnsern Her-  
ren/ der geboren / gelitten / **Resp:**  
Ich glaub. Bz Sa-

## R I T V S.

## Sacerdos.

Credis in spiritum Sanctum, sanctā Ecclesiam Catholicam, sanctorum communio-nem, remissionem peccatorum, Carnis re-surrectionem, vitam æternam? **R.** Credo.

Wierzyż w Ducha swietego / swiety kościol powiechny / swies-tych obcowanie/ grzechow odpuszczenie / Ciała z martwychwstanie/ żywot wieczny. **Resp.** Wierze.

Tiki ing Dwasiu świntu / świn-tu bažniciu wisuresunciu/ świntuiu draugisti/ nusideim uātlaydim u/ ku-no iż numirusiu kielimu/ ir umžinu giwianumu? **Resp.** Tikiu.

Glaubstu an den Heiligen Geist/ eine heilige Allgemeine Christliche Kirche/ die gemeinschaft der Heili-gen/ vergebung der sünden/ auferstehung des fleisches/ vnd ein ewiges leben. **Sub-**

## BAPTIZANDI

21

Subinde expresso nomine baptizandi  
Sacerdos dicit,

N. Vis baptizari? { Volo.  
Chceſſ bydž ochrž, { Chce.  
czon: {  
Noriabsikſtſtitis { Noriu.  
Wilſtu getauſſt { Ja ich wil.  
werden?

Resp: Patrinus

Tunc Patrino, vel Matrina, vel vtroq; (ſiambo ad-  
mittantur) infantem tenente, Sacerdos vſculo ſeu yr-  
ceolo accipit aquam baptismalem, & de ea ter fundit  
ſuper caput infantis in modum crucis, & ſimul verba  
proferens, ſemel tantum diſtincte & attentè dicit.

N. Ego te baptizo in nomine Patris †  
† fundat primo & Filii † fundat le-  
cundo, & Spiritus † sancti. iundat tertio.

Mox Patrinus, vel matrina vel vterque ſimul infa-  
tem de ſacro Fonte leuant. ſuſcipientes illūm, de manū  
Sacerdotis. Si vero dubitatur, an infans fuerit baptiza-  
tus utatur hac forma.

N. Si non es baptizatus, ego te baptizo  
in nomine Patris † & Filij † & ſpiri-  
tus † sancti.

F3

Deinde

## R I T V S

Deinde intingit pollicem in sacro Chri-  
smate, & vngit infantē in summitate  
capitis in modum Crucis, dicens.

**D**eus Omnipotens, Pater Domini no-  
stri IESV Christi, qui te regenerauit:  
ex aqua & Spiritu sancto, quique de-  
dit tibi remissionem omnium peccatorum.  
*(Hic inungit.)* ipse te liniat Christmate salutis  
**X** in eodem Christo IESV Domino no-  
stro in vitam æternam. **R.** Amen.

Sacerdos.

Pax tibi. **R.** Et cum spiritu tuo.

Tum bombacio aut resimili abstergit  
pollicem suum & locum inunctum, &  
imponit capiti eius linteolum candi-  
dum loco vestis albæ dicens.

Accipe vestem candidam, quam immacu-  
latam perferas ante tribunal Domini no-  
stri IESV Christi, ut habeas vitam æter-  
nam. **R.** Amen.

Postea dat ei, vel Patrino candelam  
accensam, dicens.

Accipe lampadem ardentem, & irrepre-  
hensibilis custodi Baptismum tuum: serua  
Dei mandata, ut cum Dominus venerit ad  
nuptias, possis occurrere ei vna cum omni-  
bus

## BAPTIZANDI

23

bus Sanctis in aula cælesti, habeasque vi-  
tam æternam, & vias in sacula saeculo-  
rum. **D.** Amen.

**Postremò dicit.**

**N.** Vadè in pace, & Dominus sit tecum.

**P.** Amen.

Si verò fuerint plures baptisandi, siue masculi siue  
femina, in Catechismo masculi statuantur ad dexterā,  
femina verò ad sinistram, & omnia pariter dicantur  
ut supra in proprio genere, & numero plurali. Verum  
prima nominis interrogatio, ex sufflatio, Crucis impres-  
sio, seu signatio, tactus aurum & narium cum salina,  
ab renuntiatis interrogatio, vñctio Olei Catechume-  
norum, interrogatio de Fide seu Symbolo, & ipse Bapti-  
smus, inunctio Chrismatis, candida vestis impositio, at-  
que accensa candela traditio, singulariter singulis, &  
primum masculis, deinde feminis fieri debent.

Si infans agrotus adeò grauter laboret, ut pericu-  
lū immineat ne pereat, antequā Baptismus perficiatur,  
Sacerdos omisis, qua Baptismum procedunt, cum bapti-  
set, ter vel etiam semel infundens aquam super caput  
eius, in modum Crucis, dicens.

**Ego te Baptizo &c.**

Si non habeatur aqua baptismalis, & periculum im-  
mineat, Sacerdos vtatur aqua simplici.

Deinde si habeat Chrisma, liniat eum in vertice dicens

**Deus omnipotens Pater Domini  
nostrī. &c.**

## R I T V S

*Postea dat ei linteolum, dicens  
Accipe vestem &c.*

*Ac demum dat ei ceream candelam accensam, dicens.  
Accipe lampadem &c.*

*Si superuixerit, suppleantur alii ritus omisi.*

*Admonendi sunt susceptores de Spirituali cognatione, quā contraxerunt cū baptisato, baptisatique patre & matre, quae cognatio impedit matrimonii, ac dirimit.*

*Curet Parochus parentes infantis admoneri, ne in lecto secum ipsi vel nutrices parvulum habeant, propter oppressionis periculum. sed eum diligenter custodiant, & oportunitate ad Christianam disciplinam instituant.*

*Commonendi sunt etiam parentes, & alii si opus fuerit, ne filios Hebreis, aliisque infidelibus, vel hereticis mulieribus, vlo modo lactandos aut nutriendos tradant.*

*Antequam infans ex Ecclesia asportetur, aut susceptores discedant, eorum nomina, & alia de administrato Sacramento, ad prescriptam formam (qua est in folio 142) in Baptismali libro Parochus accurate describat.*

*Adulatorum baptismus, ubi commode fieri potest, ad ipsi opum deferatur, ut si illi placuerit, ab eo solennius conserratur, alioquin Parochus ipse baptiset, statuta ceremonia, qua hic non ponitur, quia raro contingit: & potest haberi maior agenda, de qua baptismum adulorum expediet.*

*Ordo supplendi omissa super  
baptizatum.*

*Cum*

## BAPTIZANDI.

25

**C**um virginem mortis periculo, vel alia cogente necessitate, siue parvulus, siue adultus, sacris precebus ac ceremoniis pratermissis, fuerit baptisatus, ubi conualuerit, vel cessauerit periculum, & ad Ecclesiam delatus fuerit. omissa suppleantur: idemque ordo ac ritus seruetur, qui in Baptismo parvolorum siue adulorum prescriptus est, excepto quod interrogatio, an velit baptisari, formaque baptismi, & ablutio, pratermittantur, & quadam orationes, & Exorcismi suo quaque loco immutari, ut infra, dicuntur.

Sacerdos igitur, antequam immittat sa'entem  
in os baptisati, manum super caput  
eius imponens, dicit.

## O R E M V S .

**O**mnipotens semperne Deus, Pater Domini nostri Iesu Christi, respicere dignare hunc famulū tuum N. quem dudum ad rudimenta fidei vocare dignatus es, omnem cæxitatem cordis ab eo repellere, diuīspe omnes laqueos sathanæ, quibus fuerat colligatus: aperi ei Domine ianuam pietatis tuæ, ut signo sapientiæ tuæ imbutus, omnium cupiditatum factorum careat, & ad suauem odorem præceptorum tuorum lætus tibi in Ecclesia tua deseruiat, & proficiat de die in diem, ut idoneus sit frui gratia baptismi tui, quem suscepit, sa-

lis

lis percepta medicina. Per eundem Christum Dominum nostrum. A M E N.

**D**einde posteaquam modicū salis immisit in os baptisati dicens. Accipe salem sapientię, propitiatio sit tibi in vitam æternam. **P.** Amen.

## O R E M V S.

**D**eus Patrum nostrorum, Deus vniuersitatis conditor veritatis, te supplices exoramus, ut hunc famulum tuum **N.** respicere digneris propitius, ut hoc pabulum salis gustantem, non diutius esurire permittas, quominus cibo expleatur cælesti, quatenus sit semper spiritu feraens, spe gaudens, tuo semper nomini seruiens, & quē ad nouaz regenerationis lauacrū perduxisti, quæsumus Domine, ut cum fidelibus tuis promissionum tuorum æterna præmia consequi mereatur. Per Christum Dominum nostrum. **P.** Amen.

**P**ost hæc, facto signo crucis in fronte baptisati, dictisq illis verbis.

Et hoc signū Crucis **X** quod nos fronti eius damus, tu maledicte diabole, nunquam audeas violare, Per eundem Christū Dñm nostrū. **P.** Amen.

## BAPTIZANDI.

27

manu super caput eius imposita dicet.

## O R E M U S,

**A**ternam ac iustissimam, pietatem tuam deprecor. Domine Sancte, Pater Omnipotens, æterne Deus, auctor luminis & veritatis, super hunc famulum tuum **N.** ut digneris eum illuminare lumine intelligentiae tuæ, munda eum & sanctifica, da ei scientiam veram, ut dignus sit frui gratia baptismi tui, quem suscepit, teneat firmam spem, consilium rectum, doctrinam sanctam, ut aptus sit ad retinendam gratiam baptismi tui. Per Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

## ORDO MINISTRANDI SACRAMENTVM POENITENTIAE.

**S**acerdos ad audiendā confessionem vocatus, promptum facilemque se praebeat: ac priusquam ad audiendum accedat, si tempus suffpetat, ad hoc ministerium recte sancteq; obeundum, Diuinum auxiliu pīs precibus implorabit.

In Ecclesia, non autem in priuatis edibus confessiones audiat, nisi ex causa rationabili, que cum inciderit, studeat tamen id decenti ac patenti loco præstare.

Habe-

Habebat in Ecclesia sedem confessionalem, quæ patens  
loco posita, cruce perforata inter pœnitentem, & Sa-  
cerdotem sit instructa.

Superpelliceo & stola violacei coloris vestatur, prout  
tempus, vel lacorum feret consuetudo.

Panites si opus fuerit, admoneatur, ut qua decet humili-  
tate mentis & habitus accedat, flexis genibus, signo Cru-  
cis se muniat. Tum pœnitens Confessionem Generalem  
dicet. Confiteor, &c. vel saltim vestatur huius verbi, Con-  
fiteor Deo omnipotenti & tibi Pater.

Mox confessarius inquirat de statu illius, quam pri-  
dem sit confessus, an pœnitentiam impositam adimpleue-  
rit, num ritè alias confessus fuerit, num conscientiam  
suam ut debet, prius diligenter discusserit.

Si vero confessarius, cognoverit pœnitentem ignorare  
Christianæ fidei rudimenta: si tempus suffpetat, eum bre-  
uiter instruat de articulo fidei, & aliis ad salutem co-  
gnitu necessariis, illumq[ue] admoneat, ut ea postea addi-  
seat diligenter.

Si pœnitens numerum & species, & circumstantias  
peccatorum explicatu necessarias non expresserit, eum  
sacerdos prudenter interroget.

Pœnitentem sacerdos in confessione quotiescumq[ue] opus  
fuerit adiuuabit, nec reprehendet eum, nisi finita confes-  
sione: neq[ue] interpellabit, nisi opus fuerit aliquid melius  
intelligere, proinde ei fiduciam praebeat, humaniter  
suggerat, ut omnia peccata ritè & integre confiteatur,  
& caueat, ne curiosis aut inutilibus interrogatoriis  
quenquam detineat, præsertim iuniores utriusq[ue] se-

xvii. vel alios de eo: quod ignorant, imprudenter interrogans, ne scandalum patientur, indeq; peccata adiscant.

Demum audita Confessione, perpendens peccatorum, quæ ille admisit, magnitudinem ac multitudinem, pro eorum grauitate, ac pænitentis conditione, oportunas correptiones ac monitiones, prout opus esse viderit, paterna charitate adhibebit. & ad dolorem & contritionem, efficacibus verbis adducere conabitur, adg; ad vitam emendandam inducet, remediaq; peccatorum tradet, postremo salutarem & conuenientem satisfactionem iniungat, habita ratione status, conditionis, sexus, etatis, & item dispositionis pænitentium, Id vero ante oculos habeat, ut satisfactio non sit tantum ad nouæ vita remedium, & infirmitatis medicamentum, sed etiam ad præteriorum peccatorum castigationem.

Pænitentias pecuniarias sibi ipsis Confessarii non applicent: neq; à pænitentibus quicquam tanquam ministerii sui præmium petant, vel accipient; pro peccatis occultis, quantumvis grauibus, manifestam pænitentiam non imponant.

Videat diligenter sacerdos, quando, & quibus cōferēd; vel neganda vel differēda sit absoluto, ne absolut eos, qui talis beneficii sunt incapaces: quales sunt, qui nullā dant signa doloris, qui odia & inimicitias deponere, aut aliena, si possunt restituere, aut proximam occasionem peccandi deserere: aut alio modo peccata derelinquere. & vitam in melius emendare nolunt, aut qui scandalum publicum dederunt, nisi publicè satisfaciant, &

scanda-

## ABSOLUTIONIS

scandalum tollant, neq; etiam eos absoluat, querum  
pertata sunt superioribus reseruata.

### *Absolutionis forma.*

Cum igitur pœnitentem absoluere voluerit iniuncta ei prius, & ab eo acceptata salutari pœnitentia, primo dicit.

Misereatur tui omnipotens Deus, & dimitti peccatis tuis, perducat te ad vitam aeternam, Amen.

*Deinde dextera versus pœnitentem eleuata dicit.*

Indulgentiam, absolutionem, & remissionem peccatorū tuorū, tribuat tibi omnipotens & misericors Dominus. Amen.

Dominus noster Iesus Christus te absolvat, & ego auctoritate ipsius te absoluo, ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis & interdicti, in quantū possum, & tu indiges,

*deinde.*

Ego te absoluo a peccatis tuis. In nomine Patris  & Filii & Spiritus Sancti. Amē.

*Si pœnitens sit laicus, omissitur verbum suspensionis.*

Passio

Passio Domini nostri Iesu Christi, me-  
rita beatæ Mariæ Virginis, & omnium san-  
ctorum, quidquid boni feceris, & mali  
sustinueris, sint tibi in remissionem pecca-  
torum, augmentum gratiæ, & præmium  
vitæ æternæ,

In Confessionibus autem frequentiori-  
bus & brevioribus, omittit potest

Misereatur, **satis est dicere.** Dominus no-  
ster Jesus Christus &c. **ut supra:** usq; ad il-  
lud. Passio Domini &c.

Vrgente verò aliqua graui necessitate, peri-  
culo mortis, breuiter dicere poterit.

Ego te absoluo ab omnibus censuris &  
peccatis: In nomine Patris. &c.

## DE SACRAMENTO MATRIMONII.

**P**roochus admonitus de aliquo Matrimonio in sua  
Parochia contrahendo, primum cognoscat ex his,  
ad quos spectat, qui & quales sint quæ matrimo-  
nium contrahere volunt: an inter eos sit aliquod Cano-  
nicum impedimentum, utrum sponte, libere, & secun-  
dum honestatem sacramenti velint contrahere, utrum  
sint in etate legitima, ut vir saltim quatuordecim.  
mulier vero duodecim annos expleuerit, & vterq; scias  
rudimenta fidei, cu eadeinde filios suos docere debeant.

Antequam matrimonium contrahatur, ter a proprio  
contrahentium Parocco, continuis diebus f. flu, in Eccle-  
contra-

**RITVS CELEB: MATRIMONII**

sia, intra missarum solemnia, ad ipsius Concilii prescriptum, publice denuncietur, inter quos matrimonium sit contrahendum.

*Si vero vir & mulier Parochia sint diuersa, in utraque Parochia siant denuntiationes: quibus denuntiationibus factis, si nullum impedimentum legitimum apponatur, ad celebrationem Matrimonii procedatur, sed si quid obstat, ultra Parochus non procedat.*

*Admoneantur coniuges, ut antequam contrahant, suæ peccata diligenter confiteantur, & ad sanctissimam Eucharistiam, atq; ad Matrimonij Sacramentū suscipiendum pie accedant. Et quomodo in eo recte & Christiane, conuersari debeant, diligenter instruantur ex Divina scriptura, ex exemplo Tobie & Sara, verbuq; Angeli Raphaeli eos edocetis, quam sancte coniuges debeant conuenire.*

**RITVS CELEB: MATRIMONIVM**

**P**arochus igitur Matrimonium celebratus, superpelliceo & stola in Ecclesia alba indutus, adhibito uno saltim Clerico superpelliceo pariter induto, qui librum & vas aquæ benedictæ cum aspersorio deferat, coram tribus aut duobus testibus: virum & mulierem, quos parentum vel propinquorum suorum presentia cohonestari decet, moneat de dignitate ac fructu huius sacramenti, ac de officio coniugum, idq; breuiter & cum facilitate sermonis ad edificationem audientium.

statuat sponsum ad dexteram suam, sponsam ad sinistram, ut e regione se aspiciant ad inuicem, & querat de nomine sponsi & sponsæ, hoc modo, prius versiculo, plamisse

v. Ad-

*Vers.* Adiutorium nostrum in nomine Domini.

*Resp:* Qui fecit celum & terram.

## Polonicē.

**N.** Masz dobrą a nie przymuszoną wola / y postanowiony rymist / te  
**N.** ktora tu przed sobą widzisz / zā malżonkę sobie pojac *Resp:* Nam.

**N.** Nie ślubowałeś ktorey inżey / wiary małżeństkiew :

*Resp:* Nie ślubowałem.

## Lithuanicē.

**N.** Ar turi gieru / o nepriverstunoru / tu **N.** kuriu cia ties tawim stowinciu regi / a žu moteri saw painit: *Resp.* Turiu.

**N.** Bu ne žadeiey kuriey kitay painit tos ažu moteri: *Resp.* Nie žadeian.

## MODVS COPVLANDI

Germanicē:

**N.** Ist es nun dein freyer / vnges  
drungner / odor vngenötigter Wille  
vnd deine wolbedächte meinung dise  
**N.** hie gegenwärtig/ für dein Ehli-  
ches Weib anzunehmen? **Resp.** Ja.

**N.** Hastu auch einer andern deiz  
ne Ehelich Trew zugesagt?  
**Resp.** Nein.

*Deinde similiter interrogat sponsus.*

Także y ty. **N.** Małż też dobra a  
nie przymużona wola/ tego **N.** kto-  
re go przed sobą widziß/ zá małżonka  
sobie poiąc? **Resp.** Nam.

**N.** Nie ślubowałazę komu innemu  
mu wiary małżeństkiej? **Resp.** Nie  
slubowala.

Lithuanicē.

Tepog ir tu. **N.** Ar turi gierz/  
ir ne

## MATRIMONIO.

35

ir ne priwerstu noru/ situ **N.** Kuri  
regi ties tawimi stowinti/ ažu wiru  
paimt? **Resp:** Turiu.

Bu ne žadeiei kuriam kitám / but  
iam moterimi? **Resp.** Ne žadeian.

Germanice

**N.** Ist es auch dein vngedrungner  
oder vngenöhtigter Wille/ vnd deine  
wolbedachte Meinunge/ diesen **N.**  
hier gegenwertig für deinen Ehelis-  
chen Mann anzunemen?

**Resp.** Ja.

**N.** Hastu auch einem andern dein  
Eheliche Trew zugesagt? **Resp.** Nein.

Veroque illud affirmante, hoc verò negante,  
dicat Sacerdos:

**A**ugeat in vobis Deus gratiam suam, &  
quod dicitis ore, opere impleatis, Per CHRI-  
STVM Dominum nostrum. Amen.

C 2

Accipia

## MODVS COPVLANDI

Accipiat annulos sponsorum, vel sertta, in defectu &  
tenendo ea simul, benedicat sic;

## OR EMVS.

**C**reator & conseruator generis humani,  
dator gratiæ Spiritualis, conditor æter-  
næ salutis: quæsumus benedicere: **+**  
digneris hos annulos ( vel hæc sertæ ) quos  
( vel quæ ) nos in nomine tuo sancto bene-  
dicimus, ut qui eos, ( ea ) portauerint, in tua  
pace consistant, in tua voluntate permane-  
ant, & in tuo amore viuant, crescant, &  
senescant, atque multiplicentur in longitu-  
dinem dierum. Per Dominum nostrum I E-  
SVM C H R I S T U M &c.

Annulum Sponsæ, imponat in digitum penultimum  
dextrum Sponsi; & è conuerto: vel sertæ super capita ipso-  
rum, dicendo singillatim utrique:

**A**ccipe annulum ( sertum ) fidei matri-  
monialis, in nomine Sanctissimæ Trinitatis,  
ut illum ( illud ) portans, armeris virtute coe-  
lestis defensionis, & proficiat tibi ad salutem  
æternam.

Iubeat Sacerdos iungere dextras, quas Sacerdos ex-  
tremitate stolæ oboluat, & verba sequentia iubeat  
singulos eorum post se integræ dicere:

Ja

## MATRIMONIO

37

Ja **N.** biore sobie ciebie **N.** za  
małżonkę/ y ślubuieć miłość/ wiare/  
y wzajemność małżeńska: a iż cie nie  
opuszczę/ aż do śmierci. Tak mi po-  
moż Pánie Boże wzechmogacy/ w  
Troycy iedyny/ y wßyscy świeci.

Similiter iubeat dicere Spōsam.

Ja **N.** biore sobie ciebie **N.** za  
małżonką: y ślubuieć miłość/ wiare/  
wzajemność/ y posłuszeństwo małże-  
ńskie: a iż cie nie opuszczę/ aż do śmierci.  
Tak mi pomoż Boże wzechmo-  
gacy/ w Troycy iedyny/ y wßyscy  
świeci.

Lithuanice.

Až**N.** imiu saw tawi **N.** azu  
moteri/ ir žadu/ tawi mileti/ wier-  
nay ir wiezliwai su tawymi giwenti/  
ir iog tawis ne ēpleysiū iki śmierci.

Ja

C 3

Teyp

## MODVS COPVLANDI

Teyp man padet / Diewe/ ir wissi  
ßwyntieii.

*Sponsa è conuerso sic respondeat:*

Aß **N.** imu saw/ tawi **N.** azur  
wiru/ ir žadu tawi mileti/ wiernay ir  
wiežliway su taw ymi giwenty/ ta-  
wis welkawfyt/ ir iog tawis noplais-  
siu iki smerti/ tep man padeti Diewe/  
ir wissi ßwyntieij.

*Germanice:*

Ich **N.** nehmedich **N.** mir zum  
Ehelichen Weib / vnd gelobe dir /  
Lieb/ Trew vnd Ehre / dich auch  
nicht zuuerlassen / biß daß vns der  
Todt scheidet/ so war als mir Gott  
helfse/ vnd alle seine liebe Heiligen.

*Deinde Sponsa dicat:*

Ich **N.** nehme dich **N.** mir zum  
Ehelichen Manne/ vnd gelobe dir/  
Liebe

Liebe/Trew Ehre/ vnd gebührlichen  
Gehorsamb / dich auch nicht zuuer/  
lassen/bis das vns der Todt scheidet/  
so war als mir Gott helffe/ vnd alle  
seine liebe Heiligen.

*Allequatur astantes Sacerdos sic vel similiter.*

Was/ ktorzyscie tu obecni/biore za  
swiadk/ iesliby tego kiedy bylo po/  
trzeba/ aby scie swiadzyli o niniey/  
zem malzenstwie/ miedzy osobami  
tejni przystoinie zwartym/ y cd Ko/  
sciolu potwierdzonym.

Jus / kurie tay girdite / bukite  
swiedkays/ kad to reykadas bus/  
iog tuodu/ iz giero ir luoso noro / ir  
priderunciey/ pagal budo baznicies/  
moteristen istoio.

Diss werdet jhr lieben Herren vnd

## MODVS COPVLANDI.

Frawen bezeugen / wo es vonnöh  
ten thun würde/ vor Gott vnd der  
Welt. Vnd ich als ein vnwürdiger  
Diener Gottes/ geb euch zweo Per  
sonen Ehelichen zusammen.

Foltea Sacerdos matrimonium confirmando, & insuper  
si sunt bigami, & in prioribus nuptijs benedicti  
onem acceperunt, dicat.

Quos ergo Deus coniunxit, homo non se  
paret, Et ideo matrimonium inter vos con  
tractum, ego auctoritate Ecclesiæ Catholicæ  
confirmo & ratifico, in nomine **¶** Patris  
& **¶** Filij, & Spiritus **¶** sancti, Amen.

Siautem vterq;, vel sola Sponsa in prioribus nuptijs  
non erat benedicta dicat sic:

Quos ergo Deus coniunxit, homo non  
separet. Et ideo matrimonium inter vos  
contractum, ego auctoritate Ecclesiæ Ca  
tholicæ confirmo & benedico, in nomine  
Pa**¶** tris, & **¶** Filii, & Spiritus **¶**  
sancti. Amen.

Iubeat despensatos ad altare conuersos genua fessile  
dicendo super illos:

ORE.

## MATRMONIO.

4

### OREMVS.

**P**ropitiare quæsumus Domine supplicationibus nostris, & institutis tuis, quibus propagationem humani generis ordinasti, benignus assiste: ut quod te auctor coniunctum est, te auxiliante seruetur. Per Christum Dominum nostrum Amen.

Et benedictio Dei omnipotentis **X** Patri & Filii **X** & Spiritus **X** sancti, descendat super vos, & maneat semper, Amen.

Caueat Parochus, ne quādō coniuges in primis nuptijs benedictionē acceperint, eos in secūdis benedicat, siue mulier siue etiam vir ad secundas nuptias arseat. Sed ubi ea vigeat consuetudo, vt si mulier nemini, unquam vir ferit, et tiam si vir aliam vxorem habuerit, nuptiae benedicantur, ea seruanda est. Sed viduae nuptias non benedicat, etiam si eius vir nunquam uxorem duxerit.

Euenieitio nuptiarum Canonica sit in Missa de Sponso & sponsa, ritu in Missali Romano descripto. Quod si talis missa non processit, & sufficientes affectant talem benedictionem perficiat illam Sacerdos hoc modo.

Absoluta præterita Oratione.

Propitiare quæsumus &c: usq; ad initium,  
Et benedictio Dei &c:

C S

Dicat

## MODVS COPVLANDI

Dicat Psalmus.

**B**EATI omnes qui timent Dominum, qui ambulant in vijs eius, Labores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es & bene tibi erit. Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. Filij tui, sicut nouellæ oliuarum, in circuitu mensæ tuæ, Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dominum. Benedicat tibi Dominus ex Sion, & videoas bona Hierusalem, omnibus diebus vitæ tuæ. Et videoas filios filiorum tuorum, pacem super Israël; Glora Patri, &c.

Deinde versus.

*Vers.* Saluos fac seruum **S**ancillam tuam.

*Resp.* Deus meus sperantes in te

### OREMVS.

**O**MNIPOTENS sempiterne Deus, qui primos parentes nostros, bona societate copulasti: benedic & sanctifica istos tui Sacramenti fœdere despontatos, & semina in eis semen vitæ æternæ: corda eorum tui Sancti Spiritus munda infusione, & synceris amoris copules nexu perpetuo. Angelo pacia

## MATRIMONIO

4

pacis comitante à mortifera Dœmonum infestatione eos custodias: & omnes mentis & corporis aduersitates ab eis repellas: vt munimine tuo protecti, & te donante, deuot laudent nomen sanctum tuum, quod est benedictum in secula seculorum. Amen.

## OREM VS.

**D**eus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob, sit vobiscum: & ipse adimpleat benedictionem suam in vobis: vt videat filios filiorum vestrorum, usque in tertiam & quartam generationem, & postea vitam æternam habeatis, sine fine, in secula seculorum.

*Demam concludat ut supra.*

*Et benedictio Dei omnipotentis, &c.*

*Nemina sponsorum, Testium: annus & dies notentur.*

## *Forma scribendi Coniugatos in libro.*

Anno die mensis de-  
nunciationibus præmissis tribus continuis  
diebus Festiuis, quarum prima die sc-  
cunda die tertia die inter Missæ  
Paro-

## 4 MODVS COPVLANDI

Parochialis solemnia, habita est, nulloq; legitimo impedimento detecto, ego **N.** Rector huius Ecclesiae Parochialis **N.** ciuitatis, et loci **N.** filium **N.** Parochiae **S.** **N.** & filiam **N.** seu reliqtam **N.** ( si vidua fuit ) huius, seu Parochiae **S.** **N.** in Ecclesia interrogavi, eorumq; mutuo consensu abito, solemniter per verba de præsenti Matrimonio coniunxi, præsentibus testibus otis **N.**, filio **N.** qui habitat in Parochia **N.** & filio **N.** &c. & **N.** filio **N.** &c. ostea eis ex ritu sanctæ Matris Ecclesiae ( **Si men nuptias benedixerit** ) in Missæ celebratione benedixi.

### *Forma denuntiationes faciendi in templo.*

Inter Missarum solemnia Parochus populum au. noncat ter, diversi continuis tribus diebus festiuis, in hanc sententiam vulgari sermone.

Notum sit omnibus hic præsentibus, quod vir, & **N.** mulier, ex tali vel tali familia, & Parochia, Deo adiuuante, intendunt inter se contrahere Matrimonium. Proinde admonemus omnes & singulos, ut si quis mouerit aliquod consanguinitatis, vel affinitatis

## MATRIMONIO.

4

tatis, aut cognationis spiritualis, vel quis aliud impedimentum inter eos esse, quo Matrimonium contrahendum inuicem impedit, illud quamprimum nobis denunciare debeat, & hoc admonemus primò si fuerit prima; vel secundo, si fuerit secunda; vel tertio si fuerit tertia denuntiatio.

## MODVS INTRO DVCENDI MVLIEREM.

In Ecclesiam post consumatum  
Matrimonium.

Sacerdos superpelliceo & stola indutus, ante limen eccliae, muliere constituta, dicat.

*Vers:* Adiutorium nostrum in nomine Domini.

*Resp:* Qui fecit celum & terram.

Psalm.

**D**EUS misereatur nostri & benedic nobis: illuminet vultum suum super nos & misereatur nostri. Ut cognoscamus i

46 RITVS INTRODVENDI

In terra viam tuam, in omnibus gentibus  
salutare tuum. Confiteantur tibi populi Deus,  
confiteantur tibi populi omnes. Latentur  
& exultent gentes, quoniam iudicas  
populos in æquitate, & gentes in terra diri-  
gis. Confiteantur tibi populi Deus, confite-  
antur tibi populi omnes, terra dedit fructum  
vuum. Benedicat nos De' Deus noster, benedi-  
cat nos Deus & metuant cum omnes fines  
terrae, Gloria Patri &c.

Deinde Psal. yt supra pag: 42.

Beati omnes qui timent Dominum &c.

Deinde iubas feminam cum socijs genuflectere,  
& ipse statu dicat:

Kyrie eleison. Christe eleison.  
Kyrie eleison. Pater noster, &c.

*Vers:* Et ne nos inducas in tentatione.

*Resp:* Sed libera nos à malo.

*Vers:* Saluam fac ancillam tuam.

*Resp:* Deus meus sperantem in te.

*Vers:* Nihil proficiat inimicus in ea.

*Resp:* Et filius iniquitatis non appo-  
nat nocere ei.

*Vers:*

## MULIEREM

47

**Vers:** Esto ei Domine turris fortitudinis.

**Resp:** A facie inimici.

**Vers:** Dñe exaudi orationem meam.

**Resp:** Et clamor meus ad te veniat.

**Vers:** Dominus vobiscum.

**Resp:** Et cum Spiritu tuo.

## OREMVS.

**P**retende Domine famulæ tuæ dexteram cœlestis auxilij : vt te toto corde perquirat, & quæ dignè postulat, consequi mereatur. Per Dominum nostrum , &c.

Tunc Sacerdos data in dextram eius extremitate  
stolæ, ducens eam in Ecclesiam, dicat:

Ingredere in domum Dei, & adora filium virginis, qui tibi fœcunditatem proliſtribuere dignetur, ipsum, inquam, Dominum nostrum Iesum Christum, mediatorem Dei & hominum, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit, & regnat Deus in secula seculorum, Amen.

Postea ad altare genuflexam benè dicat Sacerdos dicens:

## OREMVS.

**O**mnipotens sempiterne Deus, creator

## MODVS COMMVN:

cœli & terræ, qui omnia de nihilo creasti, quique Adam protoplastum de limo terræ formasti, & Euam illi in adiutorium dedisti, eisq; benedixsti dicens, crescite & multiplicamini, & rplete terram. Ne respicias ad peccata nostra, sed ad fidem Ecclesiæ tuæ. Et bene **X** dicere digneris hanc famulam tuam, vna cum marito suo, & da ei fœcunditatem sobolis, atq; de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam. Benedic eis tam in domibus, quam in agris, & ubiq; in iumentis & pecoribus, omniumque possessione & re famliari. Et tandem omni pietate, castitate, & morum honestate ordinatos, in timore tuo, perduc eos ad vitam æternam. Per Christum &c. Amen.

Et benedictio Dei omnipotentis Patris, & Filij, **X** & Spiritus **X** Sancti descendat super te, & maneat semper.

**Resp.** Amen.

Hic aspergens illam aquâ benedictâ, dicat:

Per huius aquæ aspersionem, det tibi Dominus gratiam & benedictionem.

MODVS

\*\*\*\*\*

# DE BENEDICTI ONE MULIERIS POST PARTVM.

Sacerdos superpelliceo & stola alba induitus cum ministro aspergillum deferente, ad fores Ecclesiæ accedat, vbi illam genuflectentem, & candelam accensam in manu tenentem, aqua benedicta aspergat, deinde dicat.

*Vers:* Adiutorium nostrum in nomine Domini.

*Resp.* Qui fecit cœlum & terram

*Antiph* Hœc accipiet benedictionem à Domino. *Psalm:*

**D**omi est terra & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo. Quia ipse super maria funduit eum, & super flumina præparauit eum. Quis ascendet in montem Domini: aut qui quis stabit in loco sancto eius. Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animâ suam nec iurauit in dolo proximo suo. Hic accipiet benedictionem

D

à Do-

## DE BENEDICTIONE MULIERE

à Domino: & misericordiam à Deo salutari suo. Hæc est generatio quærentium eum, quærentium faciem Dei Iacob. Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit Rex Gloriæ. Quis est iste Rex gloriæ? Dominus fortis & potens. Dominus potens in prælio. Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales & introibit Rex gloriæ. Quis est iste Rex gloriæ? Dominus virtutum, ipse est Rex gloriæ. Gloria Patri & Filio. &c.

## Antiphon:

Hæc accipiet benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo salutari suo: quia hæc est generatio quærentium Dominum.

Deinde porrigenz ad manum mulieris, extremam partem floræ, eam intro-  
ducit in Ecclesiam, dicens:

Ingredere in templum Dei, adora Filium Beatæ Mariæ Virginis, qui tibi fæcunditatem tribuit prolis.

Et ipsa ingressa genuflectit coram Alta-  
ri, & orat, gratias agens Deo, pro  
beneficiis sibi collatis, & Sacer-  
dos dicit.

Kyrie

**POST PARTVM**

51

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster &c. secreto:

**Vers.** Et ne nos inducas in tentat:

**Resp.** Sed libera nos à malo.

**Vers.** Saluam fac ancillā tuā Dñe.

**Resp.** Deus meus sperantē in te.

**Vers.** Mitte ei Dñe auxilium de S.

**Resp.** Et de Sion tuere eam.

**Vers.** Nihil proficiat inimicus in ea

**Resp.** Et filius iniquitatis &c.

**Vers.** Domine exaudi orat, meam.

**Resp.** Et clamor meus ad te veniat.

**Vers.** Dominus vobiscum.

**Resp.** Et cum Spiritu tuo.

**O R E M V S.**

**O** Mnipotens sempiterne Deus, qui per Beatę Marię Virginis partum, fidelium parentium dolores in gaudium vertisti: respice propitius, super hanc famulam tuam, ad templum sanctum tuum pro gratiarum actione lätam accedentem: & praesta, vt post hanc vitam, eiusdem Beatę

D 2

Marię

## ORDO MINIST:

Mariæ meritis & intercessione, æternæ beatitudinis gaudia cum prole sua peruenire mereatur. Per Christum Dñm nostrum. A.

*Deinde illam aspergit iterum aqua benedicta, in modum Crucis, dicens.*

Pax & benedictio Dei Omnipotentis, Patris  & Filii, & Spiritus sancti, descendat super te, & maneat semper. Amen.

*Ordo ministrandi sacram communionem extra sacram quo libet tempore.*

**S**acerdos reconciliatis pœnitentibus, ante quos linteo mundo extenso, lotis propriis manibus, & superpelliceo indutus ac desuper stola posita, procedit praecedente ministro ad altare, manibus iunctis, & accensis cereis, facta prius & postea genuflexione ante Sacramentum, extrahit pixidem, & illam super corporali depositam discooperit. Conuersus autem ad communicandos, si expedire videt, excitabit eos ad contritionem, admonebit quoque eos breuissime, ad deuotam & dignam tanti Sacramenti susceptionem: Quibus finitis-

Mini-

## SACRAM COMMVN

53

Minister genibus flexis, nomine populi ad cornu Epistolæ facit confessionem generalē dicendo. Confiteor Deo &c. Tum Sacerdos iterum genu flectit, & manibus iunctis ante pectus, vertit se ad populum, & in cornu Euangelii, dicit Misereatur & Indulgentiam &c. addita in fine S crucis benedictione. Deinde ad altare se conuertit, genuflectit, manu sinistra pixidem prehendit, & Sacramentum accipit & eleuat, conuersusq; ad populum in medio Altari dicit clara voce. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.

Deinde monet, ut dicant sequentem orationē, ter repetendo, & pectus tundendo.  
Domine non sum dignus &c.

Postea ad communicandum accedit, incipiens ab istis qui sunt ad partem Epistolæ, sed primo a Sacerdotibus qui intra cancellos esse debent, stola induiti & det singulis hostiam, faciens cum eo signum crucis super pixidem, dicens.

Corpus Domini nostri Iesu Christi, custodiat animam tuam in vitam æternam.  
Amen.

D 3

Mini-

## ORDO MINISTRANDI

Ministrans habeat oculum alterius generis à calice, vino si deest aqua impletum, & singulis, qui volunt absolutionem sumere porrigat in manus eorum, nisi sint simplices vel pueri, quibus minister de manu sua dabit.

Vbi omnes communicauerint, Sacerdos reuerlus ad altare dicere poterit.

O sacrum conuiuum, in quo Christus sumitur, recolitar memoria Passionis eius, mens impletur gratia, & futuræ gloriæ nobis pignus datur.

*Vers.* Panem de celo prestitisti eis.

*Resp.* Omne delectamentum in se habentem.

Tempore Paschali additur. Alleluia.

Mox Sacerdos dicit.

*Vers.* Dñe exaudi orationem meā.

*Resp.* Et clamor meus ad te veniat.

*Vers.* Dns vobiscū & cū spiritu tuo

## OREMVS.

**D**euſ qui nobis ſub Sacramento mirabilis

## SACRAM COMMVN:

55

bili, Passionistuꝝ memoriam reliquisti, tri-  
bue quæsumus, ita nos corporis & sanguini-  
nis tui sacra mysteria venerari vt redem-  
ptionistuꝝ fructum in nobis iugiter sentia-  
mus, Qui viuis & regnas, &c.

### Tempore Paschali dicitur Oratio.

**S**piritum nobis Domine tuꝝ charitatis in-  
funde: vt quod Sacramentis Paschali-  
bus satiasti, tua facias pietate concor-  
des. Per Christum Dominum nostrum &c.

Antequam reponat Sacramentum, ad  
uertat diligenter, vt si aliquod fragmentum  
digitis adheserit, illud in pixidem depo-  
nat, & eosdem digitos, abluat & abstergat  
purificatorio, ablutionem illis qui tum  
communicarunt sumendam tradat, aut sal-  
tem in sacrarium iniiciat: Postea genufle-  
ctens reponit Sacramentum in tabernaculo  
& clave obserat. Deinde extensa manu  
dextera, benedic iis qui communicarunt  
dicens Benedictio Dei omnipotentis Pa-  
tris  & Filii & spiritus S. descendat su-  
per vos & maneat semper. *R. Amen.*

### De Communione infirmorum.

Notandum Sacerdos ad communicandum infir-  
mum vocatus, prius eum priuatim conueniat, vt confes-

sione expedit, processurus vero ad infirmū cum Sacra-  
mento aliquot campana icibus, iubeat conuocari Paro-  
chianos, seu confraternitatem, qui sacram Eucharistiam  
cum cereis comitentur, premoneat ut agri cubiculum  
mundetur, & in eo paretur mensa linteo mundo co-  
perta, præterea linteum mundum ante pectus commu-  
nicandi ponatur. Vbi iam conuenerint fideles, Sacer-  
dos indutus superpellices & stola, in pixidem reponat  
hostias duas, unam pro infirmo, alteram pro reditu, (ni-  
si magna distantia loci esset) & tunc una sufficiet, cui  
velut sericeū superimponit: Ipse vero Sacerdos impos-  
to sibi prius ab utroq; humero oblongo velo decenti, u-  
trumq; manu accipiat vas cum Sacramento. Preferenda  
sunt faces cum sonitu campanula & cantu, si fieri po-  
test, sequantur duo, quorum alter aquam benedictam  
cum aspersorio, & bursam cum Corporali, & cum puri-  
ficatorio: alter librum ritualem deferet. Postremo sa-  
cerdos Sacramentum gestans eleuatum ante pectus, se-  
quatur, dicens.

**Psalm.** Miserere & alios **Psalm.** & Cantica.

**Ingrediens** verò locum, vbi iacet  
infirmus, dicat.

Pax huic domui, **R.** Et omnibus habi-  
tantibus in ea.

Tunc depositum Sacramentum, super men-  
sam supposito corporali genuflexus adorat.  
& mox accepta aqua benedicta, aspergit  
infirmum, & cubiculū, dicens Antiphonā.

**Asper-**

## INFIRMORVM.

57

Asperges me Domine hyssopo & mundabor, lauabis me & super niuem dealabor, & primum versum Psalmi. Miserere mei Deus, cum Gloria Patri. Sicut erat. &c.

Deinde repetitur Antiphona.

Asperges me Domine &c.

Postea. *Vers.* Adiutorium nost. Ec.

*Resp.* Qui fecit cælum & terram.

*Vers.* Domine exaudi orationē meā

*Resp:* Et clamor meus ad te veniat

*Vers.* Dominus vobiscum.

*Resp.* Et cum spiritu tuo.

## O R E M V S.

**E**Xaudi nos Domine sancte, Pater Omnipotens, æterne Deus, & mittere digneris sanctum Angelum tuum, de cælis, qui custodiat, foueat, protegat, visitet, atq; defendat omnes habitantes in hoc habitatculo, Per Christum Dñm. *Rex.* Amen.

His dictis accedat ad infirmum, vt cognoscat, num sit bene dispositus, ad suscipiendum sacrum viaticum, & num confessione iterū indigeat: Postea facta de more

D 5

confes-

## DE COMMVNIONE

sione generali. Sacerdos dicit. Misereatur, &c Indulgetiam.

Deinde facta genuflexione, accipit Sacramentum de vasculo, atq; illud elevans, ostendit infirmo, dicens. Ecce agnus Dei ecce qui tollit peccata mundi. Et more solito ter dicat. Dñe non sum dignus. &c. Tum Sacerdos dans infirmo Eucharistiam dicat: Accipe frater vel soror viaticum Corporis Domini nostri Iesu Christi qui te custodiat ab hoste maligno, & perducat in vitam æternam. Amen.

Si verò communio non datur permotum viatici, dicat more ordinario. Corpus Domini nostri Iesu Christi. &c.

Quod si mors immineat, tunc dicto Misereatur &c. Omissis precibus vel omnibꝫ, vel ex parte, ei statim viaticum præbeatur. Postea Sacerdos abluat digitos nihil dicens, & infirmo detur ablutio. Deinde dicat

*Vers: Dominus vobiscum.*

*Resp: Et cum spiritu tuo.*

## OREMVS.

**D**omine sancte Pater Omnipotens æterne Deus, fideliter deprecamur, ut accipien-

## INFIRMORVM

55

cipienti fratri nostro vel sorori nostræ, Sacro lanctum Corpus Domini nostri Iesu Christi Filii tui, tam corpori, quam animæ proficit ad remedium sempiternum. Quaecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. A

His expletis si altera hostia superfluerit genuflectit, surgit, & accipiens vas cum Sacramento facit cum eo signum Crucis super infirmum nihil dicens, & reuertitur ad Ecclesiam dicens. Pslal. Laudate Dominum de cælis &c. & alios Psalmos & Hymnos, prout tempus feret. Cum perueniri ad Ecclesiam, ponet Sacmentum super Altare, adorat, deinde dicit.

*Vers:* Panem de cælo præstitisti eis

*Resp:* Omne delectamentum Eccl.

*Vers:* Dominus vobiscum.

*Resp:* Et cum spiritu tuo.

## O R E M V S .

**D**euſ qui nobis ſub ſacramento mirabilis Paſſionis tuæ memoriam reliquisti, tribue quæſumus, ita nos Corporis & ſanguinis tui ſacra mysteria veneremus.

ri, vt redemptionis tuæ fructum in nobis  
ingitur sentiamus. Qui viuis & regnas &c.  
Amen.

Postea annunciat Indulgentias conces-  
sas, sanctissimum Sacramentum comitan-  
tibus. Demum cum sacramento, in pixide  
velo cooperata, faciat signum Crucis, super  
populum, nihil dicens. Et reponat illud in  
loco suo.

### Ordo ministrandi Sacramentum. Extreme Vnctionis.

**S**acerdos hoc Sacramentum ministratus, parari  
curet apud infirmū mensam, mappa candida coo-  
pertam, itemq; vas, in quo sit bombacium, in sep-  
tem globos distinctum, ad abstergendas partes inunctas:  
medullam panis ad detergundos digitos, & aquam ad  
abluedas sacerdotis manus, deinde conuocatis ministris,  
qui crucem, aquam benedictam cum aspersoriō, & li-  
brum Ritualem deferat: Ipse sacerdos decenter accipit  
vas sacri Olei infirmorum, sacculo sericeo violacei coloris  
inclusum, illud q; cautē desert ne effundi possit. Proce-  
dat autem sine sonitu campanula. Cum autem peruen-  
tum fuerit ad locum infirmi, intrans cubiculum ducat  
sacerdos.

Pax huic domui. ¶ Et omnibus habi-  
tantibus in ea.

Dein-

## INFIRMORVM

62

Deinde posito oleo super mensam, superpelliceo stolaq; indutus violacea, agroto Crucem deosculandam porrigit: mox in modum crucis eum aqua benedicta, & cubiculum, & circumstantes aspergit, dicens.

**Antiph:** Asperges me &c. Quod si ægrotus voluerit confiteri, audiat illum & absoluat. Deinde piis verbis eum contuletur, & de huius Sacramenti viæ atq; efficacia, si tempus ferat, breuiter admoneat, eius animum confirmet, & in spem erigavitæ æternæ. Postea dicet versiculum.

**Vers:** Adiutorium nostrum Ec.

**Resp:** Qui fecit cælum & terram.

**Vers:** Dominus vobiscum.

**Resp:** Et cum spiritu tuo.

## O R E M V S .

**I**ntrœcat Domine Iesu Christe domum hanc, sub nostræ humilitatis ingressu, æterna fælicitas, Diuina prosperitas, serena lætitia, charitas fructuosa, sanitas sempiterna: effugiat ex hoc loco accessus dæmonum: adflent Angeli pacis, demumq; hanc deserat omnis maligna discordia. Magni-

ta

## ORDO MINIST: SACRAMENT.

fica Domine super nos nomen sanctum tu-  
um, & benedic **X** nostræ conuersationi,  
sanctifica nostræ humilitatis ingressum, qui  
sanctus & pius es, & permanens cum Patre  
& Spiritu sancto in sæcula sæculorum. Am.

## O R E M V S.

**E**t deprecemur Dominum nostrum Ie-  
sum Christum, ut benedicendo bene-  
dicat hoc tabernaculum, & omnes  
habitantes in eo, & det eis Angelum bo-  
num custodem, & faciat eos sibi serui-  
ce ad considerandum mirabilia de-  
lege sua: auertat ab eis omnes contrarias po-  
testates; eripiat eos ab omni formidine, &  
ab omni perturbatione, ac sanos in hoc ta-  
bernaculo custodire dignetur. Qui cum  
Patre & Spiritu Sancto viuit & regnat Deus  
in sæcula sæculorum. Amen.

## O R E M V S.

**E**xaudi nos Domine Sancte Pater Om-  
nipotens, æterne Deus, & mittere di-  
neris sanctum Angelum tuum de cælis, qui  
custodiat, foueat, protegat, visitet atq; de-  
cendat omnes habitantes in hoc taberna-  
culo. Per Christum Dominum nost. Amen

Quæ

Qu  
parte  
de me  
vel V  
  
An  
firmu  
rent,  
temp  
tate,  
les, c  
Vnct  
dicat  
  
In  
ritus  
virtu  
nosti  
San  
Patri  
rum,  
atq  
D  
in m  
tibus  
eo v

## EXTREMÆ VNCTIONIS.

63

Quæ orationes, si tempus patiatur, ex parte vel in totum, poterunt omitti. Tum de more facta confessione generali latino vel Vulgari sermone. Sacerdos dicat,

&c.

&c.

Antequam Parochus incipiat vngere infirmum, moneat adstantes, ut pro illo orent, & ubi commodum fuerit, pro loco & tempore, & adstantium numero vel qualitate, recitent septem Psalmos pœnitentiales, cum Litaniis, vel alias preces, dum ipse Vnctionis Sacramentum administrat: mox dicat.

In nomine Patris **+** & Filii **+** & Spiritus **+** Sancti, extinguatur in te omnis virtus diaboli. per impositionem manuum nostrarum, & per invocationem omnium Sanctorum, Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, atq; omnium simul Sanctorum, Amen.

Déinde intincto pollice in Oleo sancto, in modum Crucis inungit infirmum in partibus his subscriptis, aptando proprio loco verba formæ, in hunc modum.

Ad Oculos.

Per

## ORDO MINIST. SACRA

Per istam sanctam vunctionem ✚ & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid per vitum deliquisti. Amen.

Minister vero si est in sacris, vel ipsem et Sacerdos, post quamlibet vunctionem tergit loca inuncta nouo globulo bombacij, vel rei similis, eaq[ue] in vacie mundo reponat, & ad Eccleiam postea deferat, comburat, cineresq[ue] prolixiat in Sacrum.

## Ad Aures.

Per istam sanctam Vnctionem ✚ & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid per auditum deliquisti. Amen.

## Ad Narcs.

Per istam sanctam Vnctionem ✚ & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid per odoratum deliquisti. Amen.

## Ad Os compressis Labiis

Per istam sanctam Vnctionem ✚ & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid per gustum & locutionem deliquisti. Amen.

## Ad ma-

## EXTREMÆ VNCTIONIS.

65

### Ad manus.

Per istam Sanctam vunctionem & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quicquid per tactum deliquisti. Amen.

**Et adverte, quod Sacerdotibus, ut dictum est, manus non inunguntur interius sed exterius.**

### Ad pedes.

Per istam Sanctam vunctionem & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quicquid per gressum deliquisti. Amen.

### Ad Lumbos sive Renes.

Per istam Sanctam vunctionem & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quicquid per lumborum delectationem deliquisti. Amen.

**Hec autem vncio ad lumbos, ut dictum est, omittitur semper in faminis, & etiam viris, qui ob infirmitatem vix, aut hoc periculo moueri non possunt. Quibus omnibus peractis, Sacerdos dicit.**

Kyrie eleison. Christe eleison, Kyrie eleison. **Pater noster &c.**

E

W. Et

*Vers:* Et ne nos inducas in tentationē

*Resp.* Sed libera nos à malo.

*Vers:* Saluum fac seruum tuum

*Resp.* Deus meus sperantem in te.

*Vers:* Mitte ei Domine auxilium  
de sancto.

*Resp.* Et de Sion tuere eum,

*Vers:* Esto ei Domine turris fortitudinis,

*Resp.* A facie inimici.

*Vers:* Nihil proficiat inimicus in eo.

*Resp:* Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

*Vers* Domine exaudi orationē meā,

*Resp:* Et clamor meus ad te veniat.

*Vers.* Dominus vobiscum.

*Resp* Et cum Spirituo tuo.

## OREMVS.

**D**omine Deus, qui per Apostolum tuū Iacobum locutus es, infirmatur quis in

## A. ionē te. m. orti- neo. ap- meā, niat.

## EXTREMÆ VNCTIONIS. 67

in vobis, inducat Presbyteros Ecclesiæ, &  
orent super eum, vngentes eum Oleo in  
nomine Domini, & oratio fidei saluabit in-  
firmū, & allepiabit eum Dominus: & si in  
peccatis sit, remittentur ei: cura quæsumus  
Redemptor noster, gratiâ sancti spiritus  
languores istius infirmi, eiusq; sana vulnera,  
& dimitte peccata, atq; dolores cunctos  
mentis & corporis ab eo expelle, plenam-  
que interius & exterius sanitatem miseri-  
corditer redde, vt ope misericordiæ tuæ  
restitutus, ad pristina reparetur officia. Qui  
cum Patre & Spiritu Sancto viuis & regnas  
Deus in sæcula sæculorum. Amen.

## OREMVS.

**R**espice quæsumus Domine, famulū tu-  
um **N.** in infirmitate sui corporis fati-  
scientem, & animam refoue, quam cre-  
asti: vt castigationibus emendatus. te tua  
fentiat medicina saluatum, Per Christum  
Dominum nostrum. Amen.

## OREMVS.

**D**omine Sancte, Pater omnipotens æter-  
ne Deus, qui benedictionis tuæ gratiâ,  
ægris infundendo corporibus, facturā  
E2. tuam

tuam multiplici pietate custodis: ad intonationem tui nominis benignus assiste, ut famulum tuum ab ægritudine liberatum, & & sanitatem donatum, dextera tua erigas, virtute confirmes, potestate tuearis, atque Ecclesiæ tuæ Sanctæ cum omni desiderata prosperitate restituas. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Ad extremum, pro personæ qualitate, salutaria monita breuiter præbere poterit, quibus infirmus ad moriendum in Domino confirmetur, & ad fugandas dæmonum tentationes roboretur.

## DE VISITATIONE infirmorum.

Parochus ægrotos visitans, in primis spiritualem agrotium curam suscipiat, omnemq; diligentiam in eponat, vt in viam salutis eos dirigat, atq; à diabolis insidiis, salutariū adiumentorum præsidio tueatur. Suadeatur ægret, vt dum integra mente est, rem suam omenem recte constituit, & testamentum faciat, si quid alicenum habet, restituat, & ad remedium anima sua defacilitatibus, quod in Domino ei placuerit disponat, sed hoc suggestendo, notam auaritia caueat. Demum horetur infirmum, & excitet, vt dum mente viget, eliciat affectus pueri, spes, charitatem, aliarumque virtutū nempe.

vt sir-

## VNCTION. EXTREM:

88

Ut firmiter credat omnes articulos fidei, & quidquid  
sancta Romana Ecclesia Catholica & Apostolica credit &  
docet.

Ut speret, Christum Dominum nostrum pro sua im-  
mensa clementia sibi fore propitium, & merito eius san-  
ctissima Passionis, & per intercessionem beata Maria &  
omnium Sanctorum se vitam eternam consecuturum.

Ut toto corde diligat, & maxime diligere cupiat Do-  
minum Deum ea dilectione, qua illum diligunt Beati  
electi, omnes.

Ut ob amorem Dei doleat ex corde de omni offensa,  
qualitercumque contra Dominum Deum & proximum  
commisra.

Ut ex corde ob amorem Dei parcat omnibus, qui sibi  
quoquo modo fuerint molesti, aut inimici.

Ut ab ijs veniam postulet, quos aliquando dictis aut fa-  
ctis effendit.

Ut quem patitur dolorem, & morbi molestiam, pro-  
pter Deum in penitentiam peccatorum suorum patien-  
ter toleret.

Ut si Dominus sibi salutem corporis praestare dignabi-  
tur, proponat de cetero pro viribus suis a peccatis cauere,  
& eius mandata servare.

Hoc est præterea, & eo modo quo potest, saltem ex  
corde sua per intervalla precetur.

Miserere mei Deus, secundum magnam  
misericordiam tuam.

In te Domine speravi non confundar in æternum.

F

In

In manus tuas Domine commendō spiritum meum. Redemisti me Domine Deus veritatis.

Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me festina.

Esto mihi Domine in Deum protectorem. Deus propitius esto mihi peccatori.

Dulcissime Domine Iesu Christe, per virtutem sanctissimæ Passionis tuz recipie me in numerum electorum tuorum.

Dñe Iesu Christe, suscipe spiritum meum.

Maria mater gratiæ Mater misericordiæ. Tu nos ab hoste protege, Et hora mortis suscipe.

Sancte Angele Dei, mihi custos assiste.

Omnes sancti Angeli, & omnes sancti, intercedite pro me, & mihi succurrите.

Hæc, & his similia poterit prudens Sacerdos vulgari vel latino sermone, pro personæ capi morienti suggerere.

Quo officio prestito, antequam discedat, dicere potest  
Psalmum aliquem ex penitentialibus, vel Psalm:

Qui habitat in adiutorio. &c. Cum gloria Patri, &c.

Postea dicat.

Kyrie eleison. Christe eleison Kyrie eleison.  
Pater noster &c.

VNCTIO; EXTREM.

83

*Vers.* Et ne nos inducas in tentationem.

*Resp.* Sed libera nos à malo.

*Vers.* Saluum fac seruum tuum.

*Resp.* Deus meus sperantem in te.

*Vers.* Mitte ei Domine auxilium de sancto.

*Resp.* Et de Sion tuere eum.

*Vers.* Nihil proficiat inimicus in eo.

*Resp.* Et filius iniquitatis non appetat nocere ei.

*Vers.* Esto ei Dñe turris fortitudinis:

*Resp.* A facie inimici.

*Vers.* Dominus opem ferat illi.

*Resp.* Super lectum doloris eius.

*Vers.* Dñe exaudi orationem meam.

*Resp.* Et clamor meus ad te veniat.

*Vers.* Dominus vobiscum.

*Resp.* Et cum spiritu tuo.

DE BENEDICTIONIBVS  
OREM VS.

**D**euſ cui proprium eſt misericordia ſemper & parcere, fuſcipo deprecationem noſtram, ut nos & hunc famulum tuum, quos delictorum catena conſtringt misericordia tua pietatis clementer abſoluat.

Deus infirmitatis humanae singulare praefidium auxiliij cui ſuper infirmum famulum tuum oſtende virtutem, ut ope misericordiae tuae adiutor, Eccleſia tuae sanctae incolumis repræſentari mereatur.

Concede hunc famulum tuum, quaꝝ ſumus Dñe Deus perpetua mentis & corporis sanitatem gaudere, & glorioſa B. Mariæ temporis virginis interceſſione, a praefenti liberari tristitia, & æterna perfrui lœtitia. Per Christum Dominum noſtrum. **Reſp.** Amen.

Benedictio Dei omnipotentis Patri<sup>is</sup> †  
& Filij & Spiritus sancti descendat ſuper te  
& maneat ſemper. **Reſp.** Amen.

Deniqꝫ aquila benedictam & ericem etram eo relinquat, non habet, ve ram frequenter aspiciat, & pro ſua deuotiora cſculetur & ampleſtatur. Almoneat domésticos ut in mortibus ingraueſcat, & agorū ſit, ſtatim parochum accerſat, & morientem adiuvet, ſed ſi mores imminicat priuquam dicitur. Sacerdos animam Deo kito coimmendabit.

## REGVLÆ GENERALES.

### DE BENEDICTIONIBVS Regula generales.

In omni benedictione extra Missam, Sacerdos saltem su-  
per felices & uia propria tione tempore viales, nisi missa  
in Missali notetur.

Stando semper benedicat & aperio capite.

In principio cuiusque benedictionis dicat:

*Vers. Adiutorium nostrum in nomi-  
ne Domini.*

*Resp. Qui fecit celum & terram.*

*Vers. Dominus vobiscum.*

*Resp. Et cum spiritu tuo.*

Deinde dicitur Oratio propria una, vel plures, prodi sive  
loco notatum fuerit.

Postea rem asperga aqua benedicta & ubi notatum fue-  
rit, pariter incenset, nihil dicendo.

Cum Sacerdos aliquid benedicturus est habeat mini-  
strum cum aquæ vase benedictæ & aspergillo, & cum hoc  
libro, seu Missali.

Caveat, ne benedictionis causa ponat aliquid indecorum  
super Altare, veluti esculentia: sed quod eiusmodi est, po-  
natur super mensam, commode loco paratam.

D

ORDO

# ORDO Ad faciendam aquam benedictam.

**D**iebus Dominicis, & quandocumque opus fuerit, preparato sale & aqua munida be nedicenda in Ecclesia, vel in Sacristia, Sacerdos superpelliceo & stola violacea induitus, primo dicit:

**Vers.** *Adiutorium nostrum in nomine Domini.*

**Resp.** *Qui fecit cælum & terram.*

*Deinde absolute incipit exercitum salis.*

**E**xorcizo te creatura salis per Deum viuum, per Deum verum, per Deum sanctum, per Deum, qui te per Elisæum Prophetam in aquam mitti iussit, ut sanaretur sterilitas aquæ: ut efficiaris sal exorcizatum in salutem credentium: & nisi omnibus te sumentibus sanitas animæ & corporis: & effugiat atq; discedat à loco, in quo

quo neq;  
nisq;  
qui &  
& se  
  
I M  
te v  
gen &  
sit o  
por sum  
niq;  
Dor

E  
min  
tus,  
em  
cum  
geli

quo aspersum fueris ; omnis phantasia, & nequitia, vel veritatem diabolicae fraudis, cunctisq; spiritus immundus adiuratus. Per eum, qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem. **Resp.** Amen.

## OREMVS.

**I**mmensam clementiam tuam, omnipotens aeternæ Deus, humiliter imploramus, ut hanc creaturam salis, quam in vium generis humani tribuisti, bene **X** dicere, & sancti **X** facere tua pietate digneris, ut sit omnibus fumentibus salus mentis & corporis: & quicquid ex eo tactum, vel respersum fuerit, careat omni immunditia, omnique impugnatione spiritualis nequitiae. Per Dominum nostrum, &c.

**Exorcismus aquæ: & dicator sine Oremto.**

**E**xorcizo te creatura aquæ, in nomine Dei **X** Patris omnipotentis, & in nomine Iesu **X** Christi, filii eius Domini nostri. & in virtute sancti **X** Spiritus, ut fias aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatem inimici, & ipsum inimicum eradicare, & explantare valeas cum angelis suis apostaticis: per virtutem ciuidem

Domini nostri IESV CHRISTI, qui ventus  
rus est judicare viuos & mortuos, & secu-  
lum per ignem. *Resp:* Amen.

## OREMVS.

**D**eus qui ad salutem humani generis, ma-  
xima quæq; Sacra menta in aquarum  
substantia condidisti: adesto propitius  
inuocationibus nostris, & elemento huic  
multimodis purificationibus præparato, vir-  
tutem tuæ bene X dictio nis infunde: ut  
creatura tua mysteriis tuis seruiens, ad abi-  
gendos dæmones, morbosq; pellendos, di-  
uinæ gratiæ sumat effectum: ut quidquid in  
domibus, vel in locis fidelium hæc vnda  
resperserit, careat omni immundicia, libere-  
tur à noxa: non illic resideat spiritus  
pestilens, non aura corrumpens: discedant  
omnes insidiæ latentis inimici, & si quid est,  
quod aut in columbia habitantium inuidet  
aut quieti, aspersione huius aquæ effugiat:  
ut salubritas per inuocationem sancti cui  
nominis expedita, ab omnibus sit impugna-  
tionibus detensa. Per Dñm nostrum &c.

*Hic mittat sal in aquam, in medium crucis dicendo semel.*

*Commixatio salis & aquæ pariter fiat in  
nominis*

AQVAM BENEDICTAM 89

nomine Pa +/- tris, & Fi +/- lij, & Spiri  
tus +/- sancti. **Resp.** Amen.

*Vers.* Dominus vobiscum.

*Resp.* Et cum Spiritu tuo.

OREMVS.

**D**eus in uictorij virtutis auctor, & insuperabilis imperii Rex ac semper magnificus triumphantator: qui aduersæ dominatio-  
nis vires reprimis: qui inimici rugientis sa-  
uitiam superas: qui hostiles nequitias po-  
tentia expugnas: te De mine trementes &  
suplices deprecamur ac petimus: ut ha-  
c creaturam salis & aquæ dignanter aspicias  
benignus illustres: pietatis tuæ rore sanctifi-  
ces: ut ubiunque fuerit aspera, per inuoca-  
tionem sancti tui nominis, omnis infestati-  
immundi spiritus abigatur: terror & venen-  
si serpentis procul peilitur, & præsentis  
sancti spiritus nobis misericordiam tuam  
poscentibus, ubiq; adesse dignetur. Pe-  
Dominum &c.

**Antiph:** Asperges me Domine hyssopo  
& mundabor: lauabis me, & super niuer-  
dealbabor. Miserere mei Deus, secundum  
magnam misericordiam tuam. Gloria Pat.  
&c. Asperges me, repetatur.

## ORDO AD FACIENDAM

*Vers.* Ostende nobis Dñe misericordiam tuam.

*Reff.* Et salutare tuum da nobis.

## OREMVS.

**E**xaudi nos Domine sancte Pater omnipotens æterne Deus, & mittere dignis sanctum Angelum tuum de cœlis, qui custodiat, foueat, protegat, visitet atq[ue] defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum. *Reff.* Amen.

A Dominica Paschæ usque ad Pentecosten.

**V**idi aquam. Egredientem de templo, a latere dextro. Alleluia, Et omnes ad quos peruenit aqua ista, salvi facti sunt, & dicent, alleluia, alleluia. Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in secundum misericordia eius. Gloria Patri, &c.

*Vers.* Domine apud te est fons vite,  
Alleluia.

*Reff.* Et in nomine tuo videbimus  
lumen. Alleluia

ORE

AQVAM BENEDICTAM

93

OREMVS.

**C**Oncede, quæsumus omnipotens Deus  
ut qui paschalia festa peragimus, cæle-  
stibus desideriis accensi, fontem vita-  
tiamus, Icum Christum. **Resp.** Amen.

Pax æterna quando canitur sequitur.

**Vers.** Beati qui habitant in dom-  
tua Domine.

**Resp.** In secula seculorum lauda-  
bunt te.

OREMVS.

Exaudi nos Domine ut supra,

BENEDICTIONIS  
BAPTISMI

Extra Sabbatum Pasche & Pente-  
costes, cum aqua consecrata non  
habetur. Ex rituali Romano.

Primum Iauatur & mundatur vas Baptismi, deinde lymi-  
da aqua repletur, tum Sacerdos cum sancta cruce & ovi-  
lis cereis precedens, ac thuribulo, & incense, & cul-  
pula Christatis & Olei Catechumenorum descendit a  
fonte

## ORDO AD FACIENDAM

fontem, & ibi dicat litaniā ordinariā de eis nūs san-  
tis, vel illam quā est in Missali Sabato sacerdotio. Etante  
*Vers.* **Vi nos ex audire digneris.**

**Dicat bis sequentem versum.**

**Ut Fontem istum ad regenerandum tibi  
nouam prolem benedicere ✚ & consecra-  
re ✚ digneris. Te rogamus audi nos.  
Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie elei-  
son. Pater noster. & Credo in Deum &c.  
omnia clara voce.**

**Quibus finitis dicat.**

*Vers.* **Apud te Dñe est fons vite.**

*Resp.* **Et in lumine tuo videbimus  
lumen.**

*Vers.* **Dñe exaudi orationem meam.**

*Resp.* **Et clamor meus ad te veniat.**

*Vers.* **Dominus vobiscum.**

*Resp.* **Et cum Spiritu tuo.**

**OREMVS.**

**O Mnipotens sempiterne Deus, adesto  
magna pietatis tuæ mysterijs, adesto  
Sacra-**

## AQVAM BENEDICTAM

92

Sacramentis, & recreandos nouos populos,  
quos tibi Fons Baptismatis parturit, Spiritum  
adoptionis emitte: vt quod nostræ hu-  
militatis gerendum est ministerio, virtutis  
tuæ impleatur effectu. Per Dominum no-  
strum Iesum Christum, &c. **Resp.** Amen

### Exorcismus aquæ.

**E**xorcizo te creatura aquæ, per Deum vi-  
uum **X** per Deum verum **X** per Do-  
um sanctum **X** per Deum qui te in  
principio, verbo separauit ab arida, cui  
super te spiritus ferebatur, qui te de paradi-  
so manare iussit.

Hic manu aquam diuidet, & deinde de ea effundat extra  
marginem fontis, versus quatuor orbis partes prosequen-

Et in quatuor fluminibus, totam terram  
gare præcepit. qui te in deserto amaram, pe-  
lignum dulcem fecit atq; potabilem, qui  
de petra produxit, vt populum, quem e  
Ægypto liberauerat, siti fatigatum recreare.  
Exorcizo te & per Iesum Christum filium  
cius unicum Dominum nostrum, qui te in  
Cana Galileæ signo admirabili, sua poten-  
tia conuertit in vinum, qui super te pedibus  
ambulauit, & à Ioanne in Iordanie in te b  
ptiz

## OR DO AD FACIENDAM

baptizatus est: qui te vna cum sanguine, de latere suo produxit, & discipulis suis iussit, ut credentes baptizarent in te, dicens, Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus S. ut efficiatis aqua sancta, aqua benedicta, aqua, quæ auat lordes, & mundat peccata. Tibi igitur præcipio omnis spiritus immunde, omne phantasma, omne mendacium, eradicare & effugare, ab hac creatura aquæ, ut qui in ipsa baptizandi erunt, fiat ei fons aquæ salientis in vitam æternam, regenerans eos Deo Patri & Filio, & Spiritui sancto in nomine eiusdem Domini nostri Iesu Christi, qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & secundum per ignem. **Resp:** Amen.

## OR EMVS.

**D**omine sancte Pater omnipotens æterne Deus, aquarum spiritualium sanctificator, te suppliciter deprecamur, ut ad hoc ministerium humilitatis nostræ, respicere digneris, & super has aquas ablwendis & purificandis hominibus præparatas, Angelum sanctitatis emittas, quo peccatis vitæ prioris ablutis, reatuq; deterso, purum sancto spiritui habitaculum regenerati effici me-

## AQVAM BENEDICTAM

99

ci mereantur. Per Dominum nostrum Iesum Christum &c.

Tunc suscit ter in aquam versus tres partes, deinde imponit incensu in thurbulo & fontem incensat. Postea infundit Oleo Catechumenorum in aquam in modum crucis, clara voce dicit.

Sanctificetur, & fecundetur Fons iste Oleo salutis renascentibus ex eo in vitam æternam, in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Resp. Amen.

Deinde infundit de Chrismate, modo quo supra dicens.

Infusio Chrismati Domini Iesu Christi & Spiritus sancti paracleti, fiat in nomine sanctæ Trinitatis. Resp. Amen.

Postea accepit ambas ampullas dicti Olei Sancti & Chrisma, & de utroq; simul in modum crucis intundendo dica

Commixtio Chrismati sanctificationis & Oleiunctionis, & aquæ Baptismatis pariter fiat in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Resp. Amen.

Tum deposita ampulla, dextera manu Oleum sanctum & Chrisma insulsum miscet cum aqua, & aspergit per totum Fontem. Deinde medulla panis manum iergat, & si quis baptizandus est cum baptizet, Quod si ninenem baptizet, stolidi manus abluet, & a blutio effundatur in Sacramentum.

Recon-

**Reconciliatio palli-  
sum, corporalium, & lince-  
minum lacrorum post eorum  
ablutionem.**

Sacerdos super pelleto & stola indutus, dicat.

**Vers.** *Adiutorium nostrum in nomi-  
ne Domini.*

**Resp.** *Qui fecit celum & terram.*

**OREMVS.**

**O** Mnipotens sempiterne Deus, innocen-  
tiæ restitutor, qui per Moyten famulum  
tuum præcepisti Sacerdotibus & mini-  
stris, ut in sanctuario vestes nitidæ asseruaren-  
tur, & maculatæ mundarentur, ne quid in-  
esset, quod tuæ oculos offenderet maiestatis,  
tibi has vestes tua benedictione consecratas  
referimus mundas & nitidas, suppliciter de-  
precantes, ut eas in vsum ministerij tui pri-  
stinum, placidus ac benignus reallumere  
digneris: quatenus sacrificium tibi acceptum  
& nobis salutiferum super eis offerre valca-  
mus. Per Iesum Christum. &c.

**Deinde**

## PROCESSIO IN ASCENSIO: DNI.

97

Deinde asperget aquâ benedictâ dicens:

Reconciliare, & ad vsum pristinum sacri  
ministerij rehouare. In nomine Pa **X** tris,  
& Fi **X** lij, & Spiritus **X** sancti, Amen.

## MODVS PER A. GENDI PROCESSIONEM IN FESTO ASCENS NIS DOMINI.

Incipit Chorus absolute. Antiph:

Cum Rex gloria, &c.

Reliqua ut in Processione festi Pascha tis perficiuntur.  
Intrando in Ecclesiam cantus Religiosorum.

Itc in orbem. &c.

Deinde fit statio in medio Ecclesiae, ubi incipit  
Officians versus:

Oramus Domine conditor inclytæ,

Chorus prosequitur reliquum.

Officians: Ut cum flammiuoma nube re-  
uerteris, &c.

Officians: Præsta hoc genitor optime mxæ.

Intrando chorum, officians ad altare accedens cum mini-  
stris & accipiens imaginem crucifixi, can. can. iequ-  
tentia paulatim tecum soliti, cantando Antiph.

G

Ascendo

98

## PROCESSIO IN PENTECOSTE

Ascendo ad Patrem meum & ad Patrem  
vestrum.

Chorus prosequitur:

Deum meum & Deum vestrum allel:

Et post singulas intonationes crucem iteum parum dimis-  
tis, quam in altari demum collocat, sacro vero finito ad  
sacrificium eandem reverenter deitam ibi ponit.

## MODVS PERA- GENDI PROCESSIONEM IN DIE S. PENTECOSTES.

Hoc die peragitur processio totz, eodem modo quo tempore Paschali peragi solet. Intrando solum Ecclesiam, exaudiatur Responsorium.

Apparuerunt Apostolis dispergitæ lingua-

Deinde, sic statio in medio Ecclesiae ubi platus officiane  
incipit hos versus Hymni.

Veni creator Spiritus }  
Da gaudiorum præmia }  
Per te sciamus da Patrem } Chorus reliqui  
prosequitur.

Vers. Emitte Spiritum tuum → E  
creabuntur. allel.

Resp. Et renouabis faciem terra all  
ORE

BENEDICTIO HERBARVM

99

OREMVS.

**P**raesta quæsumus omnipotens & misericors Deus, ut sanctus Spiritus adueniens templum nos gloriæ suæ, dignanter inhabitando perficiat, Per Christum. &c.

Intrando chorum, canitur Antiph:

Accipite spiritum sanctum &c.

**IN FESTO AS-  
SUMPTIONIS BEATÆ  
Mariæ Virginis.**

**BENEDICTIO HER-  
BARVM, ET PROCESSIONE.**

Absoluta aspersione, si festum venerit in Dominica, alioquin immediatè ante maiorem Missam, officians pluvialis solen-  
ti indutus, ante altare conuersus ad populum tenentem herbas, vel fructus, incipit vox intelligibili.

*Vers:* Adiutorium nostrum in  
nomine Domini,  
*Qui fecit celum, & terram.*  
Deinde dicat Psalmum 64.

G 2

Tc De-

**BENEDICTIO HERBARVM**

**T**E decet hymnus Deus in Sion: & tibi reddetur votum in Hierusalem.

Exaudi orationem meam: Ad te omnis caro veniet.

Verba iniquorum preualuerunt super nos: & impietatibus nostris tu propitiaberis.

Beatus quem elegisti, & a sumpsisti: inhabitabit in atrijs tuis.

Replebitur in bonis domus tuæ: sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate.

Exaudi nos Deus salutaris noster: spes omnium finium terræ, & in mari longè.

Præparans montes in virtute tua, accinctus potentia: qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum eius,

Turbabuntur gentes, & timebunt, qui habitant terminos a signis tuis: exitus matutini & vesperæ delectabis.

Visitasti terram, & inebriasti eam: multiplicasti locupletare eam.

Flumen Dei repletum est aquis: parasti cibum illorum, quoniam ita est præparatio eius.

Riuos eius inebrians multiplica genimina eius: in stillicidijs eius lætabitur germinans.

Benedices coronæ anni benicitatis tuæ: & campi tui replebuntur vertate.

Pingucent speciosa deserti: & exultati-

## BENEDICTIO HERBARVM

101

one colles accingentur.

Induti sunt arietes ouium, & valles abundabunt frumento: clamabunt etenim hymnum dicent. Gloria Patri. &c.

*Vers.* Dominus dabit benignitatem:

*Resp.* Et terra nostra dabit frumentum suum: (b9 suis.

*Vers.* Rigans montes de superiori-

*Resp.* De fructu operum tuorum-  
satiabitur terra.

*Vers.* Producens fenum iumentis:

*Resp.* Et herbam seruituti hominum

*Vers.* Ut educas panem de terra.

*Resp.* Et vinum letificet cor hominis

*Vers.* Ut exhibaret faciem in oleo:

*Resp.* Et panis cor hominis confirmet

*Vers.* Misit verbum suum, & sanauit eos:

*Resp.* Et eripuit eos de omnibus interitionibus eorum.

G3

*Vers.*

OB

BENEDICTIO HERBARVM.

*Verf. Domine exaudi orationem  
meam.*

*Reſp. Et clamor meus ad te veniat.*

OREMVS.

**O**MNIPOTENS SEMPERNE Deus, qui cælum, terram, mare, visibilia & inuisibilia verbo tuo ex nihilo creasti: quique herbas arboresque ad vſus hominum animalium, terram gignere. & vnumquodque iuxtaſementem in ſemetipſo fructum habere precepisti: atque non ſolum, vt herbæ animantibus ad victum, ſed & agris etiam corporibus prodeſſent ad medicamentum, tua ineffabili pietate concesſisti: te supplici mente & ore deprecamuſ, vt has diuersi generis herbas & fructus, tua clementia bene † dicas & ſupra naturalem à te inditam virtutem, eis benedictionis tuae nouae, gratiam infundas; vt ad vſum hominibus & iumentis in nomine tuo applicatæ, omnium morborum & aduersitatū efficiantur preſidium. Per Dominum nostrum. &c.

OREMVS

**D**EUS, qui per Moysen famulum tuum, manda-

## BENEDICTIO HERBARVM.

103

mandasti filii Israël: vt manipulos nouorum fructuum benedicendos deferrent ad Sacerdotes, tollerentq; fructus arboris pulcherrimæ, & lătarentur coram te Domino Deo suo: adesto propitius inuocationibus nostris, & infunde tuæ bene X dictionis abundantiam super nos, & super hos manipulos nouarum frugum, vuarum, herbarum, & fructuum collectionem, quæ cum gratiarum actione tibi repræsentamus, & in nomine tuo in hac solennitate bene X dicimus: & concede vt hominibus, pecoribus, pecudibus, & iumentis, contra morbos, pestes, vlcera, maleficia, incantationes, neficia, serpentum, & aliorum venenosorum animalium & bestiarum morsus, nec non quæcunque venena, remedium præstent: atque contra diabolicas illusiones & machinationes & fraudes tutamen ferant: in quo-cunque loco positum, vel portatum, aut habitum aliquid ex eis fuerit. Quaten' cum manipulis bonorum operum, meritis B. Mariae virginis, cuius assumptionis festum colimus, quo ipsa assumpta est, suscipi mereamur. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

OREMVS.

G4

Deus

## IN FESTO

104

**B**Ev's, qui virgam Iesse, genitricem filij  
tui Domini nostri Iesu Christi, hodier-  
na die ad cælorum fastigia ideo euexi-  
sti; & per eius suffragia & patrocinia, fru-  
ctum ventris illius, eundem filium tuum,  
mortalitati nostræ communicares, te sup-  
plices exoramus, vt eiusdem filij tui virtute,  
eiusq; genitricis glorioso patrocinio, isto-  
rum terræ fructuum præsidiis, per tempora-  
lem, ad æternam salutem disponamur. Per  
eundem Dominum nostrum.

Et benedictio Dei omnipotētis Pa<sup>tris</sup>,  
& Fi<sup>lii</sup>, & Spiritus<sup>sancti</sup>, descen-  
dat super has creaturas, & maneat semper.  
**Resp.** Amen.

Pascia purificantur herba, & aqua benedicta aspergantur;  
& succedit processio cum canu<sup>m</sup> Responsoriij, Vidi speci-  
ficam &c. vel alio festo & cœlio congruenti.

## BENEDICTIO PANIS, ET AQUÆ, IN FESTOS. AGATHÆ, CONTRA IGNIS PERICULVM.

Sacerdos celebrans Missam in festo, in canone maiori ante  
quam proferat verba illa. **T**er quem hæc omnia Domina  
Semper bona creas: **C**rucifixus ad populum panem & a-  
qua tenentem dicit Psalm. 66.

Deus

**D**eu: misereatur nostri, & benedicat nobis: illumine  
vultu m suum super nos, & misereatur nostri.

Vt cognoscamus in terra viam tuam: in omni-  
bus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi popul-  
emnes.

Latentur & exultent gentes, quoniam iudicas populo  
in aquitate: & gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi popu-  
li emnes: terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus  
& metuant eum emnes fines terre.

Gloria Patri &c.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pate-  
noster. Et ne nos.

**Vers.** Adiutorium nostrum Ec.

**Resp.** Qui fecit celum & terram.

**Vers.** Sit nomen Dñi benedictum.

**Resp.** Ex hoc nunc & usq; in seculū.

**Vers.** Ora pro nobis beata Agatha.

**Resp.** Ut digni efficiamur. Ec.

**Vers.** Domine exaudi. Ec.

**Resp.** Et clamor meus ad te veniat.

**Vers.** Dominus vobiscum.

**Resp.** Et cum Spiritu tuo.

filij  
ier-  
exi-  
fru-  
m,  
sup-  
rtu-  
isto-  
ora-  
Per  
tris,  
cen-  
per.  
antur:  
speci-  
.

O  
IN  
RA

riante  
Domine  
em & a-

Deus

## OREMVS.

**D**omine Iesu Christe fili Dei viui, qui es panis viius, qui de cœlo descendisti, bene **+** dic, & sancti **+** fica hos panes & aquam, in honorem beatæ Agathæ virginis & martyris, ut vbiq[ue] contra ignem comburētem missa vel posita fuerint, illico ignis euaneat, & penitus extingua-  
tur. Qui viuis & regnas cum Deo patre &c.

Benedictio Dei omnipotentis Pa**+**tris,  
& Fi**+**lij, & Spiritus **+** sancti, per in-  
tercessionem beatæ Agathæ, virginis & mar-  
tyris tuæ, descendat super has creatureas, &  
maneat semper, Amen.

Postea asperget ea aqua benedicta: & reuersus ad altare, prosequitur in canone, ubi zierat: Per quem hæc em-  
ilia Domine semper erit, &c. usque ad finem Missæ. Hoc  
pane vescantur eodem die, initio comedionis, in domo  
ostituti. Aquam vero seruent, ut tempore necessitatis in-  
ignem iniiciatur.

# IN FESTO S. STEPHANI BENE- DICTIO AVENÆ.

*Vers.* Adiutorium nostrum in no-  
mine Domini.

*Resp.* Qui fecit celum & terram.

*Vers.* Dñe exaudi orationem meam.

*Resp.* Et clamor meus ad te veniat.

*Vers.* Dominus vobiscum.

*Resp.* Et cum Spiritu tuo.

**B**ene X dic Domine creaturam istam  
auenæ: ut sit remedium salutare equis  
caterisq; animalibus: & præsta, per in-  
vocationem sancti nominis tui, ut quæcunq;  
ex ea gustauerint, corporis sanitatem per-  
cipiant. Per Christum Dominum &c.

Creator & conseruator generis humani  
dator gratiæ spiritualis: largitor salutis æter-  
næ, Tu Domine mitte Spiritum tuum super  
hanc creaturam auenæ, & armata virtute  
cœlestis dispensationis, equis ceterisq; ani-  
malibus ex eo gustantibus, proficiat ad sa-  
nitatem. Per Dominum nostrum &c.

Et benedictio Dei Pa X tris omnipoten-  
tis, & Fi X lij, & Spiritus X sancti  
descendat super hanc creaturam auenæ.  
Amen.

*Leinde asperga aqua benedictia.*

IN

# IN FESTO S. IOANNIS EVANGELISTÆ BENEDICTIO VINI ET AL- TERIV& POTVS.

*Vers.* Adiutorium nostrum &c.

*Resp.* Qui fecit cælum & terram:

*Vers.* Dominus vobiscum.

*Resp.* Et cum Spiritu tuo.

*Vers.* In principio erat verbum &c. *Pag.* 39.

## OREMVS.

**P**er istos sermones S. Euangelij, & per merita S. Ioannis Apostoli & Euangelistæ, bene **X** dicere & conse**X** crare digneris, Domine Deus, dextera tua hunc calicem vini, & cuiuslibet potus, & præsta, ut omnes in te credentes, & de calice isto bibentes, benedicantur & protegantur. Et si-  
cūt Beat' Ioannes de calice bibens venenū, ille fū omnino permansit, ita isti hodie in amore tuo, & beati Ioannis, de calice isto bibentes meritis ipsius, ab omni ægritudine veneni, & noxiis quibusuis absoluantur, & corpore

corpo  
culpa  
nostru  
Ben  
potus,  
præsta  
vt qu  
quam  
piant.

Et b  
tris, &  
scend  
iustib

EP

Ver  
Reff  
Ver  
Reff  
Ver  
Reff

corpo ac anima se offerentes, ab omni culpa liberentur. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Bene X dic Domine, hanc creaturam potus, ut sit remedium salutare omnibus; & præsta per inuocationem sancti nominis tui, ut quicunq; ex eo gustauerint, tam anima quam corporis sanitatem te donante percipient. Per Christum Dñm nostrum Amen.

Et benedictio Dei omnipotentis, Patris, & Fili X lli, & Spiritus X sancti, descendat super hanc creaturam vini, & cuiuslibet potus, & maneat semper.

*Postremo aqua benedicta asperget.*

## IN FESTO EPIPHANIAE. BENEDI- CTIO AVRI, MYRRÆ, *ET THYRRÆS.*

*Vers:* Adiutorium nostrum Ec.

*Resp:* Qui fecit cælum & terram.

*Vers:* Dñe exaudi orationem meam

*Resp:* Et clamor meus ad te veniat.

*Vers:* Dominus vobiscum.

*Resp:* Et cum Spiritu tuo.

## BENEDICTIONES!

**B**ene ✠ dico te creatura Auri, Thurris  
 & Myrrhae: Per Deum Patrem omnipo-  
 tentem: per Iesum Christum filium eius  
 unicum: Et Spiritum paracletum: per om-  
 nia sancta ac ineffabilia nomina Dei: & per  
 mysterium huius sanctae diei: quæ eadem mu-  
 nera in titulum regalem, & magnificentiam  
 sacerdotalem, ac sepulturam dominicam,  
 tres magi obtulerunt. Bene ✠ dico te,  
 ut has virtutes in te suscipias, & in te semper  
 teneas. ut quicunq; te creaturam Auri, Thur-  
 ris & Myrrhae, ob reuerentiam diuinæ Maie-  
 statis: & ob corporis ac animæ suæ salutem  
 circa te gestauerint; aut quocunq; recto mo-  
 do habuerint: diuina eos protegente po-  
 tentia: ab omni periculo corporis & animæ  
 intuti vbiq; mortem subitaneam, mor-  
 bosque omnes effugiant: hostiumq; visibili-  
 um & inuisibilium insidias euadant. & omne  
 desiderium eorum prosperetur: & absoluat  
 eos Dominus ab omnibus tristitiis, venefi-  
 ciis, & cunctis aduersitatibus. Per eundem  
 Dominum nostrum, &c.

*Vers.* Dominus vobiscum.

*Resp.* Et cum spiritu tuo.

*Vers.*

## BENEDICTIONES

XII

*Vers: Benedicamus Domino.*

*Resp: Deo gratias.*

Et benedictio Dei omnipotentis Patris, & Fili*¶* lili, & Spiritus*¶* sancti, descendat super nos, & super haec creaturas, & maneat semper, Amen.

Postremo aqua benedicta aspergat.

## BENEDICTIONIS CVIVSCVNQVE INCENSI.

**T**u quæsumus omnipotens sempiterne Deus, inmensæ Maiestatis dextera, hande creaturem incensi. bene*¶* dicere & sanctificare*¶* digneris, ut in virtute sancti nominis tui, omnes immundorum spirituum phantasticos incursum, effugare, omnesque morbos redditam sanitatem expeliere, vbiunque fumus eius afflauerit, mirabiliter possit atque tibi omnipotenti Deo odorem fragrantissimum perpetua suavitatem reddere. Per Christum Dominum, &c.

OS (IHS) SC

BENE

**BENEDICTIO  
CANDELA RVM EXTRA  
DIEM PURIFICATIONIS  
B.M.V. EX RITUALI  
ROMANO.**

- Vers.* Adiutorium nostrum Ec.  
*Resp:* Qui fecit cælum & terram.  
*Vers.* Dominus vobiscum.  
*Resp:* Et cum Spiritu tuo.

**OREMVS.**

**D**omine Iesu Christe Fili Dei viui, benedic candelas istas supplicationibus nostris, infunde eis Domine, per irtutem sanctæ crucis benedictionem ælestrem, qui eas ad repellendas tenebras humano generi tribuisti: talesq; benedictionem signaculo sanctæ crucis, accipiāt, quibuscunq; locis accensæ sive positæ fuerint, discedant principes tenebrarum, & ontremiscant, & fugiant pavidí cum omnibus ministris suis ab habitationibus illis: ec presumant amplius inquietare aut molestare seruientes tibi omnipotenti Deo.

Qui

Qui viuis & regnas in secula seculorum.

*Resp.* Amen.

*Vestimodum aspergatur aqua benedictio.*

# BENEDICTIO CIBORVM ET POTVS IN FESTO PASCHÆ.

*Vers.* *Adiutorium nostrum Ec.*

*Resp.* *Qui fecit celum & terram.*

*Vers.* *Dominus vobiscum.*

*Resp.* *Et cum Spiritu tuo.*

*Benedictio Agni Paschalis.*

**D**eus, qui per famulum tuum Moysen, in liberatione populi tui de Ægypto, agnum occidi iussisti, in similitudinem Domini nostri Iesu Christi, & utrosque postes domorum de sanguine huius agni perungi præcepisti: ita bene **¶** dicere, & sancti **¶** ficare digneris hanc creaturam carnis, quam nos famuli tui, ad laudem tuam sumere desideramus: per resurrectionem Dñi nostri Iesu Christi, qui tecum viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

## BENEDICTIONES

BENEDICTIO OVO-  
RVM IN DIE PASCHÆ.

- Vers.* Adiutorium nostrum Ec.  
*Resp.* Qui fecit cælum & terram.  
*Vers.* Dñe exaudi Ec.  
*Resp.* Et clamor meus ad te veniat.  
*Vers.* Dominus vobiscum.  
*Resp.* Et cum Spiritu tuo.

## OREMVS.

**S**ubueniat quæsumus, Domine, tuæ bene-  
 dictionis gratia huic ouorum crea-  
 turæ, ut cibus talubris fiat tuis fidelibus  
 in tuarum gratiarum actione sumentibus.  
 ob resurrectionem Domini nostri Iesu Christi,  
 qui tecum viuit & regnat in secula secu-  
 lorum. Amen.

Aspergat aqua Benedictus.

BENEDICTIO PANIS  
PRO INFIRMIS.

- Vers.* Adiutorium Ec. Qui fecit.  
*Vers.* Dñs vob: Et cum Spirit:

ORE-

## OREMVS.

**D**omine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, benedicere digneris hunc panem tua sancta spirituali benedictione: ut sit omnibus summis salus mentis & corporis, atque contra omnes morbos, & universas inimicorum insidias tutamen. Per Dominum nostrum IESVM Christum filium tuum, panem viuum, qui de cœlo descendit, & dat vitam & salutem mundo: & tecum vivit & regnat &c. *Aspergat aqua benedicta.*

**BENEDICTIONE  
SIMPLICIS, EX RITUALI  
ROMANO.**

*Vers. Adiutorium. Ec. Qui fecit.*

*Exorcismus.*

**E**xorcizo te creatura olei, per Deum Patrem, **X**omnipotentem, qui fecit cælum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt. Omnis virtus aduersarii, omnis exercitus diaboli, & omnis incursus, omnis phantasma satanæ eradicare & effugare ab hac creatura olei, ut fiat omnibus, qui eo videri sunt, salus mentis & corporis, in nomine Dei

ne Dei Patris **X** omnipotentis, & Iesu **X**  
 Christi filij eius Domini nostri, & Spiritus  
 sancti **X** paracleti, & in charitate eiusdem  
 Domini nostri Iesu Christi, qui venturus est  
 iudicare viuos & mortuos, & seculum per-  
 ignem. **Resp.** Amen.

**Vers.** Domine exaudi **Ecc.**

**Resp.** Et clamor meus **Ecc.**

**Vers.** Dñs vob. **Resp:** Et cum Spir:  
**OREMVS.**

**D**omine Deus omnipotens, cui adstat e-  
 xercitus Angelorum cum tremore, quo-  
 rum seruitium spirituale cognoscitur,  
 dignare respicere & benedicere & **X** san-  
 tificare **X** hanc creaturam olei, quod ex  
 oliuarum succo eduxisti, & ex eo infirmos  
 inungi mandasti, quatenus sanitatem perce-  
 pta, tibi Deo viuo & vero gratias agerent;  
 praesta quæsumus, ut hi qui hoc oleo, quod  
 in tuo nomine benedicimus **X** vni fuerint  
 ab omni languore, omniq; infirmitate, atq;  
 cunctis insidiis inimici liberentur & cunctæ  
 aduersitates separentur à plasmate tuo, quod  
 pretioso sanguine Filii tui redemisti: ut nun-  
 quam ledatur à morsu serpentis antiqui. Per  
 Dñm nostrum &c. **Asperg:** oculum aqua ben-

BENEDICTIONES

117

BENEDICTIO

LACTICINIORVM.

**D**ignare Domine sancte Pater omnipotens & terne Deus, bene **X** dicere & sanctificare hanc creaturam butyri, casei, lactis &c. quæ ex adipe animalium educere dignatus es, ut quicunque ex populis tuis fidelibus ex ea comedenterint, vel gustauerint, omni bene **X** dictione cælesti & gratia saturati repleantur in bonis. Per Christum Dñm &c.

Et benedictio omnipotentis Pa **X** tris, & Fi **X** lii, & Spiritus **X** sancti descendat super hanc creaturam N. & N. & per virtutem sanctæ crucis & mortis Iesu Christi Domini nostri, fugiat ab eis, omnis infestatio satanæ, & oñe phantasma euangelicata in nomine Patris & Filii, & Spiritus S. Amen.

BENEDICTIO COMMUNIS AD OMNIA.

*Vers.* Adiutorium Ec.

*Resp.* Qui fecit cælum & terram.

*Vers.* Domine exaudi Ec.

*Resp.* Et clamor meus ad te veniat.

## BENEDICTIONES

*Vers.* Dñs vob: *Reſp.* Et cum Spir.

## OREMVS.

**B**ene † dic Domine creaturam **N.** &  
sit remedium salutare generi humano,  
& præsta per invocationem tui sanctissimi  
nominis, ut quicunq; ex ea sumperint  
vel gustauerint, corporis sanitatem & ani-  
mæ tutelam accipiant. Per Christum Domi-  
num nostrum, Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIONE NOVO-  
RVM FRVCTVVM.

**B**ene † dic Domine, hunc nouum  
fructum **N.** & præsta vt qui ex eo in  
tuo sancto nomine vescetur, corporis  
& animæ salute potiatur. Per Christum Do-  
minum nostrum, Amen.

Et mox aspergat aqua benedicta.

BENEDICTIONE  
DOMVS NOVÆ.

*Vers.* Adiutorium Ec.

*Reſp.* Qui fecit celum & terram.

Antiphona

**Antiph.** Vanum est vobis ante lucem  
surgere. Nisi Dominus ædificauerit domum,  
& custodierit eam.

**Psalm.** **N**isi Dominus ædificauerit domum: in-  
vanum laborauerunt qui ædificant eā.  
Nisi Dominus custodierit civitatem:  
frustra vigilat qui custodit eam. Vanum est vobis ante  
lucem surgere: surgite postquam federitis qui manducatis  
panem doloris. Cum dederit dilectis suis somnum: ecce  
hereditas Domini, Filij: merces, fructus ventris. Sicut  
sagittæ in manu potentis: ita filij excusorum. Beatus vir,  
qui impleuit desiderium suum ex ipsis non confundetur  
cum loquetur inimicis suis in porta. Gloria Patri.

**Psalm:** Beati omnes qui timent Dominum: qui am-  
bulant in vijs eius. Labores manuum tuarum quia man-  
ducabis: beatus es, & bene tibi erit. Vxor tua sicut vi-  
ta abundans: in lateribus domus tua. Filii tui sicut no-  
uelle oliuarum: in circuitu mensatua. Ecce sic benedi-  
cetur homo: qui timet Dominum. Benedicat tibi Dominus  
ex Sion: & videas bona Ierusalem omnibus diebus vita-  
tua. Et videas filios filiorum tuorum: pacem super Israël.  
Gloria Patri.

**Psalm.** Ecce quam bonum, & quam iucundum ha-  
bitare fratres in vnum. Sicut vnguentum in capite:  
quod descendit in barbam, barbam Aaron. Quod de-  
scendit in oram vestimenti eius: sicut ros Hermon, qui de-  
scendit in montem Sion. Quoniam illic mandauit Do-  
minus benedictionem: & vitam usq[ue] in seculum. Gloria  
Patri.

## BENEDICTIONES.

His finitis, & Antiphona repetita, dicimus:

*Domine exaudi Sc.*

*Dominus vobiscum Sc.*

## OREMVS.

**T**EDEum omnipotentem suppliciter exorramus pro hac domo, & pro eius habitatoribus ac rebus, ut eam bene X dicere & sanctificare, ac bonis omnibus ampliare digneris: tribue eis Domine, de rore cœli, abundantiam, & de pinguedine terræ, vitæ substantiam, & desideria voti eorum ad effectum tuæ miserationis perducas: ad introitum ergo nostrum bene X dicere & sanctificare digneris hanc domum, sicut benedicere dignatus es domum Abraham, Isaac, & Iacob, & intra parietes domus istius Angeli tui lucis inhabitent, eamq; & eius habitatores custodiant. Per Christum Dominum nostrum Amen.

## OREMVS.

**V**isita quæsumus Domine habitationem istam, & omnes insidias inimici ab ea longe repelle: Angeli tui sancti habitent in ea, qui illos in pace custodiant & benedictio

## BENEDICTIONES

121

benedictio tua sancta sit super eos semper. Per  
Christum Dominum &c. Amen.

Aspergamus partes & arculi domus aqua lete-  
dicta; dicenda;

Per sacram huius aquæ aspersionem, lar-  
giatur Dominus huic domui, & in ea con-  
tentis, suam benedictionem, & securam  
mansionem.

## CREMVS.

**D**efende quæsumus Domine domum istam  
habitantesq; in ea, a maioribus usquæ  
ad minimos, a conflagratione ignis,  
tempestate, ruina, peste, infirmitate, & a  
omnibus periculis, & insultibus inimici:  
secura in te confidentium habitatio em-  
mereatur, Per Christum Domini nescium.

Et benedictio Dei omnipotentis Pa-  
tris, & Fi  lii, & Spiritus  sancti, de-  
scendat in hunc locum, & maneat tempe-  
Resp: Amen.

## BENEDICTIONE DOMO-

RVM QVOVIS TEMPORE.

FACIENDA Ex RITUALI.

Axodur ingredens deum dicit.

H 5

Pa

## BENEDICTIONES

Pax huic domui, & omnibus habitantibus  
in ea.

Deinde loca aspergendo dicat.

Asperges me Domine hyssopo, & munda-  
bor, lauabis me, & super niuem dealbabor.

Miserere mei Deus secundum magnam  
misericordiam tuam. Gloria Patri &c.

Et repetatur Anno h.

*Vers.* Domine exaudi &c.

*Resp.* Et clamor meus ad te veniat.

*Vers.* Dñs vob. *Resp.* Et cum Spir.

## OREMVS.

**E**xaudi nos Domine sancte, Pater omni-  
potens, æterne Deus, & mittere digne-  
ris sanctum Angelum tuum de cælis, qui  
custodiat, foueat, protegat, visitet, atq; de-  
fendant omnes habitantes in hoc habitacu-  
lo. Per Christum Dominum nostrum. **Amen.**

Deinde aspergar aqua benedicta...

BENEDICTIO LOCI.  
EX RITVALI ROMANO.

*Vers:*

## BENEDICTIONES

123

*Vers.* Adiutorium Ec.

*Resp.* Qui fecit cælum & terram.

*Vers.* Dñe exaudi Ec.

*Resp.* Et clamor meus ad te veniat.

*Vers.* Dñs vob. *Resp.* Et cum Spir:

## OREMVS.

**B**enedic  Domine Deus omnipotens  
locum istum, ut sit in eo, sanitas, castitas,  
victoria, virtus, humilitas, bonitas  
& mansuetudo, plenitudo legis, & gratia  
rum actio, Deo Patri & Filio & Spiritui san-  
cto, & hæc benedictio maneat super hunc  
locum, & super habitantes in eo nunc &  
sempre, *Resp.* Amen.

Aspergat aqua benedictus.

## BENEDICTIO THA.

LAMI EX RIT VALI ROM:

*Vers.* Adiutorium nostrum Ec.

*Resp.* Qui fecit cælum & terram.

*Vers.* Dominus vobiscum.

*Resp.* Et cum Spiritu tuo.

ORE

## BENEDICTIONES

## OREMVS.

**B**ene H dic Domine thalamum hunc,  
 & omnes habitates in eo, vt in tua pace  
 consistant, & in tua voluntate perma-  
 neant, & senescant, multiplicetur in longi-  
 tudine dierum, & ad regna cælorum perue-  
 niant. Per Christum Dominum nostrum.  
**Resp.** Amen.

BENEDICTIO NOVÆ  
NAVIS EX RITVALI ROM.

**Vers:** Adiutorium Ec.

**Resp:** Qui fecit cælum Et terram:

**Vers:** Dñs vob: **Resp:** Et cum Spir.

## OREMVS.

**P**ropitiare Domine supplicationibus no-  
 stris, & bene H dic nauem istam dex-  
 tera tua sancta, & omnes qui in ea ve-  
 hentur, sicut dignatus es benedicere arcam  
 Noë ambulantem in diluvio: porridge eis Do-  
 mine dexteram tuam, sicut porrexisti beato  
 Petro ambulanti super mare: & mitte san-  
 ctum Angelum tuum de cælis, qui liberet &  
 custodiat eam semper à periculis vniuersis,

**cum**

## BENEDICTIONES

125

cum omnibus quæ in ea erunt: & famulos  
tuos repulsiſ aduersitatibus, portu ſemper  
optabili, curſuq; tranquillo tuearιſ, transa-  
ctisq; ac recte perfectis negotiis omnibus,  
iterato tempore ad propria cum omni gau-  
dio reuocare digneris. Qui viuis &c.

Aspergat naūem aqua benedicta.

## BENEDICTIONE AQUA, RVM ET FLVMINVM.

Vers. Adiutorium Ec.

Reſp. Qui fecit cœlum & terram.

Vers. Domine exaudi Ec.

Reſp. Et clamor meus ad te veniat.

## OREMVS.

D Omine Iesu Christe qui Iordanis flumen  
benedixisti, & in eodem baptizatus, a-  
quas mundasti & purificasti, vt elemē-  
tum purum efficeretur in remissionem pec-  
catorum: has aquas quoq; bene  dicere  
& sancti  ficare & mun  dare di-  
gnaris, vt nihil in eis noxiū, nihil pestilens  
vel inficiens, nihil corrumpens remaneat,  
sed omnia pura & munda in eis efficiantur  
quate-

quatenus quæ in usum humanum ex eis creata sunt, cum salute nostra, & gloria tua assumamus. Qui viuis & regnas &c.

BENEDICTIO COMMUNIS SUPER FRVGES ET VINEAS. EX RITUALI ROM:

*Vers.* Adiutorium Sc.

*Resp.* Qui fecit cœlum & terram

*Vers.* Domine exaudi Sc.

*Resp.* Et clamor meus ad te veniat.

*Vers.* Dñs vob. *Resp.* Et cum Spir:

OREMVS.

**O**Ramus pietatem tuam omnipotens Deus, ut has primitias creaturæ, quas aëris & pluviæ temperamento nutrire dignatus es, benedictionis tuæ imbre perfundas; & fructus terræ tuæ usq; ad maturitatem perducas. Tribuas quoq; populo tuo de tuis muneribus tibi semper gratias agere, ut à fertilitate terræ, elurientium animas bonis affluentibus repleas, & egenus & pauper laudent nomen gloriæ tuæ. Per Christum Dñm nostrum, *Resp.* Amen.

BEN-

**BENEDICTIO CONTRA OMNES TEMPESTATES.**

Bene X dic Domine hanc nubem, quam ante me video si quæ tempestas dæmonum in ea sit, & inualescere machinetur, te Domino nostro Iesu Christo imperante destruatur, & in melius conuertens sicut imperasti ventis & mari, & facta est tranquillitas, sic extendere digneris te iubente, hanc nubem, ne nocere valeat hominibus, segetibus, fructibus terræ. Extendas ergo eam Domine Iesu Christe ad loca innocua, & inhabitabilia syluarum, eremorum, & locorum inhabitabilium, vbi nec hominibus nec feris nocere possit, sicut extendisti manus tuas benedictas in ara crucis, Deo Patri tuo hostiam viuam, immolando, Memento Domine Deus testamenti tui sancti, & dic angelo percutienti, cæset iam manus tua, ut non desoletur omnis terra, & perdas omnem animam viuentem, sicut iurasti Abraham seruo tuo, Isaac famulotuo, Iacob dilecto tuo dare terram fluentem lac & mel, & semen eoru multiplicare, sicut arenam maris & stellas cæli. Bene X dicat te Deus pater, bene X dicat te Deus Filius, bene-

## DENEDITIONES

bene. **X** dicat te Deus Spiritus sanctus.  
 Destruat te Deus **X** Pater, destruat te Deus  
**X** Filius, destruat te Deus **X** Spiritus  
 sanctus. Diuidat, demergat te **X** Deus  
 Pater, diuidat demergat te **X** Deus Filius,  
 diuidat & demergat te, **X** Deus Spiritus  
 sanctus. Alpha & omega, Deus & homo. Sit  
 mihi ista inuocatio salus & sempiterna pro-  
 tectio, contra omnes hostes visibiles, & in-  
 visibiles Amen.

**BENEDICTIO CONTRA**  
**AVES VERMES MURES VEL**  
 alia animalia, fructus, terram, aquas  
 vastantia.

*Vers.* Adiutorium nostrum Ec.

*Resp.* Qui fecit cælum & terram.

*Vers.* Domine exaudi Ec.

*Resp.* Et clamor meus ad te veniat.

*Vers.* Dñs vob. *Resp.* Et cum Spir.

**OREMVS.**

**P** Reces nostras quæsumus Domine cle-  
 menter exaudi, vt qui iuste pro pecca-  
 tis nostris affligimur, & hanc auium, ver-  
 mium, murium &c persecutionem patimur,  
 pro

pro t  
 libe  
 expu  
 gros,  
 quiet  
 & ort  
 necel  
 num.

**O**  
 1  
 omni  
 & inf  
 bus o  
 miser  
 am ef  
 tenus  
 nos fe  
 grega  
 nes vt  
 berati  
 bere r  
 nostri

pro tui nominis gloria, ab ea misericorditer  
liberemur, vt procul per tuam potentiam  
expulsi, nulli noceant: & hos campos, a-  
gros, vineas, aquas, &c. in tranquillitate, &  
quiete dimittant: quatenus ex eis surgentia  
& orta, tuæ maiestati deseruant, & nostræ  
necessitati subueniant. Per Christum Domi-  
num nostrum Amen.

## OREMVS.

**O**Mnipotens sempiterne Deus, omnium  
bonorum remunerator, & peccatorum  
maximus miserator, in cuius nomine  
omnia genua flectantur, cælestia, terrestria,  
& infernalia, tua potentia nobis peccatori-  
bus omnipotenter concede: vt quod de tua  
misericordia confisi agimus, per tuam grati-  
am efficacem consequamur effectum: qua-  
tenus hos pestiferos vermes, mures, &c. per  
nos feruos tuos maledicendo maledicas, se-  
gregando segreges, exterminando extermi-  
nes vt pertuam clementiam ab hac peste li-  
berati, gratiarum actionem, maiestati tuæ li-  
bere referamus. Per Christum Dominum  
nostrum. Amen,

## BENEDICTIONES

Sequitur exorcismus.

**E**xorcizo vos pestiferos vermes, mures, aues, &c. Per Deum Patrem omnipotentem, & Iesum Christum filium eius, & Spiritum sanctum ab utroque procedentem: ut confessim recedatis ab his campis, vineis, agris, &c. nec amplius in eis habitetis. sed ad ea loca transeat in quibus nemini nocere possitis, pro parte omnipotentis Dei, & totius curiae coelestis, & Ecclesiae sanctae Dei, vos maledicens, ut quocunque ieritis, sitis maledicti, deficientes de die in diem in vosipso, & decrescentes, & quatenus reliqua de vobis nullo in loco inueniantur, nisi necessariae ad salutem, & usum humanum. Quod præstare dignetur: qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem. Amen.

BENEDICTIO IN  
PESTE ANIMALIVM.

Primo animalia aspergantur aqua benedicta,  
postea dicatur:

**Vers:** Adiutorium nostrum Ec.

**Resp:** Qui fecit celum Ec.

**Vers:**

BENEDICTIONES.

131

Vers: Domine exaudi E<sup>c</sup>.

Reſp: Et clamor meus E<sup>c</sup>.

Vers: D<sup>ñ</sup>s vob: Reſp. Et cum Spir:  
OREMVS.

Misericordiam tuam Domine supplices  
exoramus, ut hæc animalia, quæ graui  
infirmitate vexantur, in nomine tuo,  
atq; tuæ bene  dictionis virtute sanen-  
tur. Extinguatur in eis omnis Diabolica po-  
testas, & ne ulterius ægrotent, tu eis Domi-  
ne sis defensaculum vitæ, & remedium sa-  
nitatis. Per Dominum nostrum Iesum Chri-  
stum &c. Amen.

Aspergantur aqua benedicta.

THURIFICATI-  
ONIS MODVS IN  
primis Vesperis festi.

Thurificatio altarium, sit tantum in pri-  
mis vespere festorum solennium: & qui-  
dem tali modo. Ad canticum Magnificat  
Officians, post verba dicta ab alio. (Iube  
Domne benedicere.) Respondeat, imposito

## BENEDICTIONES.

Incenso à se in thūribulum & benedicendo illud in forma crucis, ( Incensum istud dignetur Dominus benedicere, & in odorem suavitatis accipere. Per Christum Dominum nostrum. Amen ) Deinde accedit ad altare, biq; accepto à ministro thuribulo, facta euerentia, facit cum thuribulo tres ductus in formam crucis, primo, in medio altaris, postea in parte Epistolæ, postremo in parte Euangeli, dicendo. ( Dirigatur Domine oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo: elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum. ) Rediens ad medium altaris, evuet thuribulum modicè super altare, & tecendo prosequatur. ( Incensum istud ascendet ad te Domine, & descendat super nos misericordia tua. Per Christum Dominum nostrum, Amen. Tunc officians osculato altari, recedit.

# MALEFICIORVM & incantationum depulsio.

Sicutur Sacerdos depulsurus eiusmodi maleficia,

## BENEDICTIONES

133

cia, firma fide, & integritate vitæ prædictu-  
esse, & vel pridie tantum ieiunare, ipsa ver-  
die depulsionis, Missam accommodatam ne-  
gocio, celebrare prius debet: Ac in templo  
quidem veste linea & stola, extra templum  
stola tantum amictus, & incantatum su-  
maleficio affectum hominem, vel animalia  
ante se habens, aut si locus incantatus est, in  
eo stans, parata aqua & thure, vel herbis be-  
nedictis, deuote sic oret.

*Vers.* Adiutorium nostrum in no-  
mine Domini.

*Resp.* Qui fecit cælum & terram.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie elei-  
son. Pater noster. Ave Maria. Credo.

*Vers.* Dñe exaudi orat: meam.

*Resp.* Et clamor meus ad te veniat.

*Vers.* Dominus vobiscum.

*Resp.* Et cum Spiritu tuo.

## OREMVS.

**D**EVS cælorum, terræ, maris, & omnium  
quæ in eis sunt, conditor & moderator  
qui Satanam extollentem sese aduersu-

mentem tuam vna cum asseclis ipsius sicut fulgur de cælo præcipitasti: & ministrorum eius magorum Pharaonis, Moysi seruo tuo resistentium. incantationes & maleficia inefficacia reddidisti: te supplices oramus, vt incantationes, præstigia, & maleficia huic famulo tuo ( huic famulæ tuæ ) ( vel, huic loco ) ( vel, his creaturis tuis ) improba fraude dæmonum ( meritis peccatorum nostrorum fortassis ) intenta & inflcta, omnipotenti virtute tua, & clementi bonitate dimoueas, auertas, & itidem inefficaciā reddas, quo tyrannide eorum liberati, tibi Domino Deo nostro expeditius seruiamus, & nomen sanctum tuum studiosius celebremus. Per Dñm.

## OREMVS.

**D**omine Iesu Christe, fili Dei vitui, qui de sinu Patris in terras descendisti, vt opera diaboli dissolueres, & discipulis tuis dedisti potestatem calcandi serpentes & scorpiones: te supplices precamur, vt eos ipsos antiquos serpentes atq; dracones diabulos, qui in hoc famulo tuo ( hac famula tua ) ( vel, in hoc loco ) ( vel, in his creaturis tuis ) tyrannidem sibi usurpant, pedibus familiæ tuæ potenter subiicias, & opera eorū quæ

## BENEDICTIONES.

13

quæ adducti incātationibus & maleficijs hominis mēte corrupti & sibi dediti, in perniciē seruitui ( vel seruorum tuorum ) machinantur & exercent, diuina clementia & virtute tua dissoluas, & inefficacia reddas. Quum eodem Patre tuo & Spiritu sancto Deum regnas in secula seculorum. Amen.

## EXORCISMVS.

**E**xorciso & adiuro vos maledicti diabolus quicunque & quotquot estis, qui incantationibus, maleficijs, & nefarijs artibus adducti vobis hominis adducti, hominem ( vel, locum hunc ) ( vel, has Dei creaturae perniciose vexatis & exagitatis: ut hinc statim cum omnibus præstigijs & maleficiis vestris discedatis, nec ullam vobis deinceps potestatem in hunc hominem ( vel, in huius locum ) ( vel, in has Dei creaturas ) usurpetis. Hoc autem non mea virtute vel merita vobis præcipio: sed in nomine Dei omnipotentis Pa<sup>r</sup> tris, & Fi<sup>r</sup> lii, & Spiritu sancti: & in virtute sanctæ crucis & mortis Christi Domini nostri, per quam potestas omnis tenebrarum, & tyrannis vestra in homines, & omnes creaturas Dei, neruata & exinanita est. Recedite ergo,

igitate hinc illico, & date locum Dei potentiaz, dissoluentis opera vestra maligna, per  
mensem misericordiam suam. Increpet  
n vos digitus Dei, qui magorum Pharaonis  
ncantationes inefficaces reddidit, & cuius  
irtutem tunc agnouisti, cum Pauli Aposto-  
l imperio vim vestram in Elymam magum-  
nicipium vestrum ( ad cuius nutum mul-  
s nocebatis ) conuertistis, & cum in S.  
ustinam, incantante, & vos urgente Cy-  
riano, nihil profecistis; sit super vos nunc  
tiam terror Dei omnipotentis, qui vos in  
gnem æternum præcipitaturus est: Pa X,  
er, & Fi X lius, & Spiritus X sanctus.  
men.

His dictis aspergatur homo, vel locus, vel  
menta, & pecudes incantatae & maleficia-  
aqua benedicta: & sussitu thurris vel her-  
rum benedictarum lustrantur siue incen-  
ntur.

## CONDVCTVS FVNE- RIS MINOR.

funeris aliquo, Sacerdos superpelliceo & stola Ingubri-  
atus, & comitatu instructus, ordinata cum cruce pro-  
fione ad corpus defuncti in silentio accedit. Vbi delub-  
ri aspergitur aqua benedicta, procedente processione  
canto.

Resp.

Resp

Resp  
nusc

K  
eleif

Vers:  
Resp:  
Vers:  
Resp:  
Vers:  
Resp:  
Vers:  
Resp:  
Vers:  
Resp:

O  
in p  
pori  
cum  
pre  
nost

## BENEDICTIONES.

137

Resp. Libera me Domine;

Cum fuerit peruentum ad sepulchrum canitur.

Resp: Qui Lazarum &c. Quo finito genitrix dicit.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Ave Maria.

Et ne nos inducas in temptationem.

Sed libera nos à malo.

Vers: A porta inferi.

Resp: Libera Domine animas eorum.

Vers: Requiescant in pace.

Resp. Amen.

Vers: Domine axaudi orationem meam.

Resp: Et clamor meus ad te veniat.

Vers: Dominus vobiscum.

Resp: Et cum spiritu tuo.

Deinde aspergendo prosecutur.

## OREMVS.

O Mnipotens sempiterne Deus, qui humano corpori animam inspirare dignatus es, dum te iubente puluis redisti in puluerem, tu imaginem tuam eidem corpori, virtute resurrectionis tuae reddendam, cum Sanctis & electis tuis, æternis sedibus precepias sociari. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

I 5

Defuncto

## CONDVCTVS

Defunctio in tumulum demisso, Sacerdos asperget illum aqua benedicta, & parum terra iniiciendo, dicat.

De terra formasti me Domine, & carne induisti me: resuscita me in nouissimo die, redemptor meus Domine.

*In fine dum periclitus sepultura canitur.*

Salve Reginā, &c.

# CONDVCTVS MAIOR.

Corpo defuncti ad Ecclesiam perlatō, & in locō constituto, fiat Sacrum, quo finito, officians deposita casula venit ad feretrum, cum ministris deferentibus aspergitorium & thuribulū, in cuius capite officians, ministri ad pedes ad officiantem conuersi, stando dicit.

**N**on intres in judicium cum seruo tuo (famula tua) Domine quia nullus apud te iustificabitur homo, nisi per te omnium peccatorum tribuatur ei remissio. Non ergo eum (eam) quæsumus tua iudicialis sententia premat, quem (quam) tibi vera supplicatio fidei Christianæ, recommendat, sed gratia tua illi succurrente, mereatur evadere judicium vltionis, qui (quæ) dum viueret, insignitus (insignita) est signaculo sanctæ Trinitatis. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Deinde

M A I O R.

139

Deinde canitur Responsorium.

Credo quod Redemptor meus &c.

Si in vigilijs hoc decantatu est, substituatur sequens Resp.

Subuenite Sancti Dei, occurrite Angel  
Domini, Suscipientes animam eius, Offeren  
tes eam in conspectu altissimi, suscipiat te  
Christus qui vocavit te, & in sinu Abrah  
Angeli deducant te. Suscipientes &c. Re  
quiem æternam dona eis Domine, & lux  
perpetua luceat eis. Offerentes &c.

Quo finito dicat flexis genibus.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie  
eleison. Pater noster. Ave Maria.

Vers. Et ne nos inducas in temptationem.

Resp. Sed libera nos à malo.

Vers. Aporta inferi.

Resp. Erue Domine animas eorum.

Vers. Requiescant in pace. **Re**p.** Amen.**

Vers. Domine exaudi orationem meam.

Resp. Et clamor meus ad te veniat.

Deinde surgendo,

ORE M V S.

**D**eus, cui omnia viuunt, & cui non per  
reunt moriendo corpora nostra, se  
mutantur in melius, te supplices de  
preca

precamur, ut quicquid anima famuli tui, ( famulæ tuæ ) vitiorum, tuæq; voluntati contrarium, fallente Diabolo, aut propria iniq;itate, aut fragilitate contraxit: tu pius & misericors indulgendo abluas, eamq; suscipi ubeas per manus Sanctorum Angelorum tuorum deducendam in sinum Patriarcharum tuorum: Abraham, scilicet, amici tui, & Isaac electi tui, atq; Jacob dilecti tui, unde fugit dolor, & tristitia, atque suspirium: fidelium quoque animæ felici iucunditate ætantur: & in nouissimo magni iudicij die inter sanctos & electos tuos eam facias perpetuæ gloriæ percipere portionem: quam oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ preparasti Deus diligentibus te. Per Christum Dominum nostrum, Amen:

Toties chorus canit Responsorium.

Qui Lazarum &c.

Quo finito.

Kyrie: & reliqua ut supra.

ORATIO:

**F**ac quæsumus Domine, hanc famulo tuo defuncto misericordiam, ut factorum suorum

## P A R V V L O R V M

141

orum in pænis non recipiat vicem, qui tuam  
in votis tenuit voluntatem. Et quia hic  
illum vera fides iunxit fidelium turmis, illic  
eum tua miseratio societ angelicis choris.  
Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Aspergat Sacerdos sere trum aquâ benedicta, & thuribulo in-  
censet in modum crucis, & sic effertur ad tumulum defun-  
ctus choro interim cantante.

Libera me Domine.

Reliqua perficiuntur ut supra in minori Con ducto.

## C O N D U C T V S P A R V V - L O R V M B A P T I S A T O R V M , A N T E V S V M R A T I O N I S D E F V N C T O R V M .

Sacerdos cum processione veniens ad corpusculum, asper-  
git aqua illud benedicta, & incenset: deinde alternatio-  
niter cum ministris. Psalm. 120.

Leuavi oculos meos in montes &c.

Festina effertur parvulus, cantando Psalm. iii.

Latatus sum in his qua dicta sunt mihi &c. Vel, Laudate  
ueri Dominum &c.

Circa sepulchrum dicant alternatim. Psalm. 130.

Domine non est exaltatum &c. Vel, Domini est ter-  
ra & plenitudo eius, Psalm. 23.

Post hæc diei cum reliquis genuflexus,

Kyrie eleyon. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater  
noster, secreto. ¶ Et ne nos inducas in temptationem.  
¶ Sed libera nos à malo. ¶ Me autem propter inno-  
centiam suscepisti. ¶ Et confirmasti me in conspectu tuo in  
ternum. ¶ Dus vobiscum. ¶ Et cum spiritu tuo.

**O**nnipotens & misericordissime Deus, qui omnibus parvulis renatis fonte Baptismatis, dum migrant a seculo, sine ullis eorum meritis, vitam illico largiris aeternam, sicut animae huius parvuli hodie credimus te fecisse: ac nos quæsumus Domine, per intercessionem Beatae Mariae semper Virginis, & omnium Sanctorum tuorum, hic purificatis tibi mentibus famulari, & in paradyso cum parvulis perenniter sociari. Per Christum Dominum nostrum.

Resp. Amen.

Immisso in Sepulchrum corpusculo & aqua benedicta aspergo, canitur, Salve regina.

### Benedictio iter ingredientium.

Sacerdos super genuflexos dicat totum itinerarium, missus verbis primæ personæ. Qui modus seruandus cum ijs qui peregrinantur ad loca sacra, solum modo adiungatur Oratio sequens.

**E**xaudi Domine preces nostras, & iter famulorum  
orum propitius comitare atque misericordiam tuam, br  
icut ubique es, ita ubique largire, quatenus a cunctis  
versitatibus tua opitulatione defensi gratiarum tibi refe  
rant actionem. Per Christum Dominum nostrum, Amen.  
Pax & benedictio Dei omnipotentis, Patris, & Filii, &  
spiritus S. descendat super vos & maneat semper, Amen.

Deinde Asperguntur aqua benedicta.

### Forma inscribendi baptisatos ex rit: Rom:

Anno Dñi Die Mensis Ego N Sacerdos huius Ec  
clesie S. N. ciuitatis vel loci N baptisaui infantem die  
natum vel natam ex N. & N coniugibus huius Parochiæ,  
vel S. N. & ex tali patria & familia, cui impositum est no  
men N. Patrini fuerunt N. Filius N ex Parochia seu  
oco N. & N. coniux N. filia N ex Parochia seu  
oco N.

F I N I S.

# Index rerum.

Generalis admonitio pro administratione digna Sacra-	
mentorum.	
Peculiaris doctrina ad ritè administrandum Baptismū.	
Benedictio salis ad usum Baptismi, sol:	8.
Ordo Baptismi parvulorum.	9.
Infirmi pueri breuis baptismus.	23.
Ordo supplendi om̄issa in necessitate super baptisatū	25.
Ordo ministrandi Sacramentum p̄nitentia.	27.
De sacramento matrimonij scitu necessaria,	31.
ritus celebrandi Matrimonium	32.
Benedictio Nuptiarum Canonica extra missam,	41.
Forma scribendi Coniugatos in libro.	43.
Forma denunciationes faciendi in templo.	44.
introducendi mulierem post nuptias.	45.
mulieris post partum.	49.
Ritus distribuendi communionem extra sacram,	52.
communicandi infirmum.	55.
Ordo ministrandi Extremam unctionem.	60.
In Visitatione infirmorum quid faciendum.	68.
De Benedictionibus Regula generales.	85.
Quius benedicendi aquam.	86.
Benedictio aqua pro baptismo.	91.
Reconciliatio linteaminum sacerorum &c. post eorum	
ablutionem	96.
Modus peragendi processionē in Ascensione Domini.	97.
Modus peragendi processionem in Pentec:	98.
Benedictio Herbarum in festo Assump: B. V. M.	99.
Benedictio panis & aqua in festo S. Agathæ.	104.
Bene-	

# INDEX

Benedictio auera in festo S. Stephani.	106
Benedictio potus in festo S. Ioannis Euangelista.	108
Benedictio auri, thuris & myrrae, in festo Epiph.	109
Benedictio cuiuslibet incensi.	110
Benedictio candelarum, extra festum Purificationis.	112
Benedictio Agni Paschalis in festo Pascha.	113
Benedictio ouorum & panis in eodem festo.	114
Benedictio olei simplicis pro infirmis.	115
Benedictio latticiniorum.	116
Benedictio communis ad omnia.	117
Benedictio nouorum fructuum.	118
Benedictio noua domus.	119
Benedictio domorum alia,	120
Benedictio loci	121
Benedictio thalami.	122
Benedictio noua natus.	123
Benedictio aquarum.	124
Benedictio frugum & vinorum.	125
Benedictio contra tempestates.	126
Benedictio contra vastantia fructus, terram. Oit.	127
Modus iherificandi in vesperu.	128
Modus deppellendi maleficia.	129
Conductus minor.	130
Conductus maior	131
Conductus parvolorum.	132
Benedictio iter ingredientium.	133
Forma inscribendi baptizatos.	134



FINIS

106  
108  
ph. 109  
110  
nis. 111  
112  
113  
114  
115  
116  
117  
118  
119  
120  
121  
122  
123  
124  
125  
126  
127  
128  
129  
130  
131  
132  
133





